



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De laudibus sanctissimae matris Annae**

**Trithemius, Johannes**

**Mainz, 1494.07.21**

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00082758-9**




J 374

J 374

IX  
8

J. X  
8

**De laudibus sanctissime  
matris anne tractatus per  
quã utilis domini iohannis  
tritemij abbatis spanhemensis ordinis diui pa  
tris benedicti.**



## Epistola dñi iohannis tritemii

abbatis spanhemensis in librum de laudibus sanctissimae Anne.

**E**nerabili religiosissimoq; patri. dño rumuldo laupach priori cōuentus franckfordensis. ordinis fratrum beate marie semper virginis de monte carmeli: iohannes de trittenhem abbas monasterij sancti martini in spanhem ordinis diui patris benedicti: salutē et charitatem. **V**oto nostro et tuis petitionibus ( optime pater ) satisfacere cupientes: librum de laudibus sanctissime matris anne sincera deuotione conscripsimus: quem tuo nomini dicamus: quoniam ante alios nobis dignus visus es: utpote cultor maximus amatorq; deuotissimus eiusdē venerabilis anne. **D**e historia vero que satis vulgata est nihil aut parū assumpsimus: quia nobis et minus probata visa est: et in plerisq; locis apocryfa. **N**eq; tamen redarguere illā volumus: ne simplicibus occasionē pberemus murmurandi: si ( ut ipi estimāt ) antiquitate pbatam. noua psumptione carperem. **D**imissimus ergo intactam historiā: et que apertissima. fide. de. veritate ac ratione nota. fuerāt ex dono dei ad honorem sancte matris contulimus. **M**iracula quoq; sancte anne ab hoc volumine reiecimus: ne viris eruditis ( quibus non facile adhibent fidem ) tractatū nostrū suspectū redderemus. **A**lio itaq; tempore si voles de illis texetur historia. **I**n quibuscunq; te hesitare contigerit: rescribe: promptos inuenies nos qui tibi et omnibus de singulis que scripsimus rationē demonstramus. **P**ost finē huius operis quedam carmina de laudibus sancte matris adiuimus: que nobis a diuersis eruditis viris sunt transmissa. **V**ale. **E**x spanhem kalendis **J**ulias. **A**nno domini. **D**.cccc. xciiij.



# Joannis tritemij abbatis

spanhemensis de laudibus sanctissime matris anne li-  
ber ornatissimus.

Exordium libri tractat de laudibus sancte anne in gene-  
rali. **Cap. 1.**

Inuocatio auctoris diuini auxiliij ad deum et sanctos	ij.
Exhortatio ad omnes fideles ut sanctam annam colant	iiij.
Contra eos qui memoriam sancte anne lacerant	iiiiij.
Quod deus sanctam annam ab eterno in parentem elegerit	v.
Quam sancta et deo grata semper extiterit vita eius	vij.
Quod anna filiam suam sine peccato conceperit	viiij.
Quomodo mater anna filiam deo obtulerit	viiiij.
Quod sancta in anno apud deum in magno sit honore	ix.
Quod potens sit nostris miseris subuenire	x.
Quod a nobis in maxima sit reuerentia habenda	xij.
De celebratione festi sancte matris anne	xiiij.
Quibus exercitijs eam honorare debeamus	xv.
De multis miraculis sancte anne succinctim	xviij.
De fraternitate sancte matris anne	xv.
Conclusio finalis cum exhortatione fraternitatis	xviij.

# Incipit tractatus dñi iohannis

tritemij abbatis spanhemensis, ordinis sancti benedicti:  
de laudibus venerabilis et beatissime matris dei genitricis anne.

**V**oti compellit necessitas, et mentis purget  
deuotio: ut laudes beatissime matris dei  
genitricis anne, p viribus ingenij ad edificati-  
onem fidelium scribam: et quanta miseris  
pietate subuenire consueuerit, veraci narratio-  
ne denunciem. Sed cum paupertate ingenij mei considero:  
impurus de sanctissima loqui presumo. Quanta enim lau-  
de digna sit, que dei genitricem peperit: quis sermo expli-  
cabit? Volo itaque aliquid ad honorem tante matris cedere  
et timeo: quia quicquid dixerō laudibus eius minus est:  
quicquid scripsero rei maiestate procul inferius est. Enim-  
vero cum illius in miseros beneficia ad memoriam reuoco:  
tacere a laudibus eius etiam si volo non possum. Hinc pie-  
tas maxima votum premeruit: deuotionem excitauit: requirit  
honoris exhibitionem. Deuota quoque (ne dicam importuna)  
petitio amicorum me non minus ut audeam impulit: de quo-  
rum fide et oratione nostra infirmitas fiduciam accepit. Quauis  
igitur me peccatorem nouerim: quauis regine celi sanctissi-  
mam parentem digne laudare non sufficiam: nequaquam tamen  
a proposito laudis debeo recedere: ne ingratitude viciū  
videar incurrere. Conabor pro deuotione mea quod valeo:  
quia nemo quod non potest, a deo exigitur: nemo apud inter-  
num iudicem bone voluntatis vacuus iudicatur. Laudan-  
do igitur homo deam: famulus dominam: peccator sanctissi-  
mam. Neque enim a laude dei peccatores cohibuit: quod in psal-  
mo dixit. Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes  
populi. Enimvero dum gentes ad laudem domini excitat: quod aliud  
quam peccatores vocat? Erant enim longe a iusticia: qui non  
deum, sed idola colebant. Nemo ergo tacere a laudibus dei  
permittitur: quando etiam gentes idolatre ad penitentiam vo-  
cantur. Laudent ergo dominum omnes qui misericordia eius

peccant: laudent omnes qui in carne viuunt: quia ipse est  
qui omnes nos condidit: ipse qui vitam dedit. **L**audet iustus  
simul et peccator: ille quod misericordia domini ne caderet serua-  
tus est: iste quia etiam post lapsum ne in eternum periret  
erectus. **E**t si non sit speciosa laus in ore peccatoris. nemi-  
nem tamen a laudibus dei excusat rea conscientia: cum ad  
penitentiam eius misericordia omnes reseruetur. **F**erat iustus  
laudem: peccator confessionem. **L**audet ille quoniam gratia  
preseruate fortiter stetit: confiteatur iste quod misericordia sub  
sequente surrexit. **L**auda anima mea dominum: laudabo deum  
meum in vita mea: psallam domino quod diu fuero. **A**periam os  
meum ad confitendum domino: mentem pariter aptabo et cala-  
mum: laudes beatissime matris anne qua possum deuo-  
tione cantabo. **N**am si deum generaliter in sanctis suis  
laudare precipimur: parentes eius sine dubio specialius  
honorare persuademur. **Q**ui enim nobis parentes nostros  
honorare precipit: suos secundum carnem minime excludit.  
**S**anctum ergo est fratres charissimi sedulas illis deuocō-  
nis laudes impendere: de quorum sanguine carnem dei filium  
credimus sumpsisse. **I**nter quos beatissima dei genitricis  
iure obtinet principatum: cuius tanta sunt merita sanctita-  
tis: ut super choros angelorum exaltata sit in celis. **P**ost eam  
sanctissima illius mater anne (de qua loqui instituumus)  
sicut carne dei filio est proxima: ita virtutum meritis pre  
sanctis ceteris creditur accepta. **N**ec de sanctitate eius non  
bis liceat dubitare: quam sine originalis culpe macula dei  
matrem credimus peperisse. **N**on enim potuit tante virgi-  
nis mater esse nisi sancta: pro cuius partu virginem sumpsit  
imus eterne salutis remedia. **A**nna radix sancta: maria  
virgo arbor sanctissima: fructus dei filius animarum medi-  
cina. **A**rbor bona. arbor sancta: arbor sine humana cul-  
tura secundissima: que de sancta radice sumpsit exordium:  
de pinguedine celestis pluuie incrementum. **N**unquam bona  
radix malam arborem procreat: nunquam malos fructus ar-  
bor bona portat. **N**on potest sine radice arbor bona con-  
sistere: nec fructum bonum. nisi bona ferre. **S**icut arbor ex

suo fructu cognoscitur: ita qualis sit mater in filia decla-  
ratur. **I**n dei genitrice sanctissima accipimus: quid de  
sanctitate matris sentire debeamus. **S**ine crimine origin-  
nalis macule partus, non decebat matrem nisi sanctam:  
dei genitricem concipere et parere, non congruebat nisi deo  
gratissimam: et pre cunctis tunc in israel uiuentibus deuotissimam. **N**am quod deum super omnia dilexerit: prima filie in-  
stitutio ostendit. **C**omodata domino infantula legitur: in  
templo deo seruisse memoratur: sine omni culpa concepta, semper sancta uixisse in mundo creditur. **Q**uid amplius  
requiris? **N**umquid non sufficit ad matris declaranda me-  
rita: tam excellens ab infantia filie uita? **S**i anna non  
fuisset sanctissima: filiam tam diligenter et deuote ad dei  
honorum nunquam instituisset. **Q**uales matres: tales et earum  
filias nouimus institutas. **S**ed beatissima mater  
anna sicut merito et sanctitate cunctis mulieribus premi-  
ner: ita filiam suam a iuuentute pre omnibus sanctis ad dei  
amorem diligentius instituere curabat. **S**i ergo dei filium  
diligimus: si purissimam eius genitricem honoramus: cur  
a laude uirginis sanctissime et matris anne tepidi silemus?  
**S**i honorem summi regis querimus: cur parentes eius  
non amamus? **Q**ui progeniem imperatoris despicit: regi  
iniuriam facit. **S**i omnium imperatorem iesum christum di-  
ligimus: si maiestatem eius diuinam formidamus: dignum  
est ut auiam eius venerabilem honoremus: de cuius na-  
te uero sine uiri semine illum processisse absque dubio cre-  
dimus. **Q**uidquid laudis eius uenerationi impendimus:  
ad summi regis honorem pertinere firmiter credamus.  
**A**d honorem sanctissime matris anne omnes fideles con-  
currere: laudes altissimo domino in memoriam eius per-  
soluere: ob illius reuerentiam religiosa deuotione iubilare.  
**C**redite mihi (qui beneficia illius plura expertus sum)  
promptam in omni tribulatione aduocatam habebitis: si me-  
moriam eius fidei deuotione celebratis. **A**b omnibus ergo  
colenda est: cuius meritis dei filius omnia ad nutum eius  
concedit: cuius honorabile nomen curia superno cuius

maxima reuerētia honorat: quā regina celi dei mater ut  
dulcissimā parentem obseruat. Quicumq; illā in patronā  
elegerit: quicumq; in seruičio eius deuotus pseuerauerit:  
hic et in eternū saluus erit. Omnia em̄ que dei filius p̄ di-  
lectam genitricē suā mortalibus beneficia solet cōcedere:  
meritis anie non potest denegare: immo maiora interdū  
p̄ eam cōdonat: ut nos ad memoriā eius (diu neglectā)  
quasi muneribus inducat. Neq; suos parentes dei filius  
vnq; potest despiciere: qui alienos tam seriose nobis p̄cen-  
pit honorare.

## **I**nuocatio auctoris ad deū et

sanctā annā, omnesq; superos:  
ut gratiam scribendi ferant.

**Cap. ij.**

**D**eus lumen verū, qui illuminas omnē homi-  
nem venientē in hunc mundū: deus qui iusti-  
ficas impū, et peccatores vocas ad peniten-  
tiā: deus q̄ das sapientiā paruulis, et linguas  
balbucentiū facis disertas: da mihi obsecro peccatorū  
meoz veniā: da laudis tue sapientiā: da lumen p̄ qd̄ te  
intelligam, cognoscā, et diligam: atq; ita beatissime anne  
vincar amore: ut laudes eius digne cōplectar in opere.  
**D**eus qui sitienti populo in deserto aquam de petra du-  
rissima p̄duxisti: duriciem cordis mei mollifica: ut te in  
sanctis tuis, in auia filij tui, in parentibus vnici tui cum  
tanta deuocōne mentis laudare valeā: quatenus te mise-  
rante, et illa intercedente nō solū mihi, sed omnibus quoq;  
qui hanc lucubratiunculā nostrā legerint ad deuotionē  
proficiat. **D**eus qui os bestie aperuisti, ut contra insipien-  
tem verba proferret humana: ariditatē lingue mee gra-  
tie tue infusione clementer irriga: manū tremulam spiri-  
tu sancto corrobora: ut de sanctissima anna, nō scribam  
nisi recta: non psuadeam nisi sancta: non proferam nisi  
cōdigna. **D**a mihi queso omnipotens sempiternus deus  
in hoc opere celestis gratie auxilium: qui ut vellem dona-  
uisti institutum. **E**go enim sum vermis et non homo:

miser et infelix venundatus sub peccato: qui nō sum dñs  
gnus faciem meā leuare ad celos. pre multitudine iniqui  
tatis mee: quāto minus anne beatissime laudes impuris  
labris audeam cōtingere. **G**ratia autē tua sum id quod  
sum: et totū qđ boni volo et possum. **T**u em̄ dñe volun  
tatem ut bona velit et bona sit. p gratiā tuā illuminas:  
tu etiā es qui nobis operari p bona voluntate prestas.  
**I**n omnibus voluntatē nostrā puenientem gratiā tuam  
agnoscimus: tua in bonis que volumus et facimus. sine  
nostris meritis dona p̄dicamus. **N**ihil a nobis nisi ma  
lum: nihil a te puenit nisi bonū. **C**um ergo nihil possim  
boni a memetip̄o sine gratia tua. ad te deuotus cōfugio:  
te humili subiectione interpello: ut qđ merita mea p̄pe  
diunt: gratie tue dono clemens largiaris. **D**a mihi dñe  
sedum tuarū assitricem sapientiā: ut mecū sit. et mecum  
laboret omni tempore. et in hoc potissimū opere: in quo  
exiguus viribus nomen tuū in sancta matre anna laudan  
re cōstitui. **T**u etiā anna mater sanctissima. de cuius me  
moriam agitur. tu mihi solita benignitate adesse digneris:  
ut ad laudes tuas describendas idoneus efficiar: et me  
ritis tuis ierophātes fidelis inueniar. **D**omina mea. spes  
mea. aduocata mea. in om̄i tribulacōne: laudare te cupi  
enti nunc clemens adesto: et que voluntatē ad scribendū  
multiplici beneficio puocasti: impetra meritis tuis facil  
tatē ingenio pauperi. ut digne te laudare sufficiat. **N**ihil  
nisi tuū honorē quero: nihil nisi tibi cōplacere desidero:  
non nisi recta et vera de tuis laudibus scribere intendo.  
**H**inc oro fer opem: da manū auxiliij: impetra gratiam.  
**T**u etiā dei genitrix immaculata. que annā venerabilem  
matrē tuā famulos tuos honorare docuisti. adesto mihi  
laudes eius describere cupienti meritis tuis: ut deuotio  
famuli tui debitū sortiatur effectū in ope: quē gratia dei  
concepit in mente. **V**os quoq; celestis patrie beati spiri  
tus qui in sacratissimo matris ⁊ filie virginis fructu dño  
nro iesu christo exultatis: vris orationibz dignū me an  
ne laudatorē reddite: et sancti spiritus gratiā mihi impe

mate. **S**i matrē et filiā in celesti gaudio collitis: dignum  
est ut laudatoribus earū in hac peregrinacōne assistatis.  
**V**os etiam beatissime anne deuoti cultores nostris pijs  
studijs nolite detrahere: sed si in aliquibus ex infirmita-  
te defecimus p̄ charitatē excusate. **N**ihil p̄ contentionem  
sue inanem gloriā a me scribitur: nihil apocrife dubieta-  
tis allegatur: nihil nisi probatū assumitur. **N**ihil recipio  
quod diuinis institutis obuiet: nihil scribo quod fident  
christianā maculet: nihil introduco q̄ sanctis moribus  
non cōcordet. **N**on ergo mihi doctior te anna landanti  
detrahat: nō mihi equalis deroget: nō mihi inferior in-  
sultet. **V**incat q̄d verum est: nec deficit q̄d a vero procedit.  
**N**emo me de sanctissima scribentē p̄pter me cōtemnen-  
dum existimet: nemo deuotionē meā cōueret: nemo con-  
tra laudes diue matris anne susurret. **C**anū latratus nō  
metuo: imperitorū censuras nō timeo: inuidie faces non  
horresco. **S**cribo em̄ deuotis. nō improbis: studiosis nō  
ingratis: humilibus non superbis. **P**laceat illis p̄sens  
opus quibus scribitur: proficiat quibus offertur: condit  
cat quibus exhibetur. **Q**uid mihi de his qui foris sunt?  
**Q**uid ad me qui nō recta sapiūt? **Q**uid mihi. qui sancta  
preter rationem corrodunt? **I**llis displicere non timeo:  
quorū censuras et iudicia temeraria cognosco.

## **G**eneralis ad omnes fideles ex

hortatio: ut memoriā et festum  
venerentur sanctissime anne.

### **Cap. iij.**

**U**dire me qui diligitis quod bonū est: et que-  
ritis dñm. **L**egatione fungor: deuotione du-  
cor: charitate impelloz. **M**ater genitricis dei  
misit me: ut predicem sanctissima merita sua.  
**E**t nūc venio ad vos nō in alto sermone: sed simplex ad  
simplices: deuotus ad deuotos. **S**i christiani estis. si bo-  
ni estis. si gratiam dominice incarnacōnis diligitis: cur  
ministros eius id est parentes nō amatis? **I**psi em̄ sunt  
de quibus dei filius secundū carnē natus est: quorū cō-

nerfatio si nō exiſſet ſanctiſſima: nequaquā deo fuiſſet rā  
accepta. **S**ed cū filiū ſuū vnigenitū de ipſis naſci voluit:  
q̄ ſancti ſibiq̄ grati fuerint aperte demonſtrauit. **E**x his  
vna pre omnibus deo gratiſſima. mater vnici patris electa  
ſemp virgo maria enituit: quā vxor ioachim anna bea  
tiſſima ſine macula pepit: et in timore dñi caſtiſſime edu  
cauit. **H**uius ſacraſſime virginis filius deus eſt: qui ſua  
nos paſſione ſanctiſſima redemit. **S**i filiā diligitis: qua  
re matrē eius nō colitis? **N**iſi fuiſſet mater: filiā non ha  
beretis. **A**d vos ergo nūc meus ſermo dirigitur qui vala  
lē lachrymarū incolitis: vos alloquor o filij adam qui a  
patria exulatis: vobis ſcribo qui p̄cioſo ſanguine dei filij  
redempti eſtis. **V**os alloquor: vos admoneo et exhor  
tor: ut ſi dei filiū diligitis: cognatos eius ſecundū carnē  
deuote honoretis. **E**t quibus poſt eius ſanctiſſimā genitricem  
diua mater anna prima omnium vobis honoranda  
proponitur: cuius ſancta merita humano generi per  
multa miracula quotidie demonſtrantur. **E**am vobis in  
patronā aſſumite: eius memoriam deuotius celebrate:  
ſi ſummo gubernatori deo vultis cōplacere. **C**redite mihi  
fratres. quoniā vera dicturus ſum: ſi venerabilem matrē  
ex toto corde diligitis et colitis: quantū ei deferat celeſ  
tis imperator experientia cognoſcatis. **T**ante apud deū  
potestatis eſt: ut quicquid ab eo petierit: ſine mora valeat  
obtinere. **Q**uēadmodum rex celi genitricem ſuā pre omni  
bus honorare creditur: ita poſt illam pre cunctis ſanctis  
matrē annam veneratur. **E**t plerūq̄ anna fidelibus ſuis  
impetrat: quod filia negat: nō quo illa poſtulata neſciat  
concedere. ſed ut matri deferens. nos ad eius venerationem  
videatur prouocare. **S**ic quoq̄ ſummus imperator  
sanctorū precibus ad miſericordiam ſectitur: nō quo  
incipiat velle quod antea noluit: ſed ut electis ſuis defen  
rens nos ad honorem eorum inſtrueret. **N**eq̄ enim hu  
mano more deus ſectitur: nec ad iram ex perturbatione  
ne vnquā mouetur: ſed ſemper ſtabilis vult quod vult: et  
dum precibus ſanctorū miſericordiā exhibet: nō conſiliū



mutat, sed micigat sententiam. **A**d impetrandam itaq̃  
dei misericordiã quia merita nostra nõ sufficiũt, sanctoꝝ  
nobis suffragia implorãda sunt: ut qđ nostris meritis nõ  
possumus: eoꝝ precibus cõsequamur. **O**mnes autem ce-  
lestis patrie ciues et si p̃ meritorũ qualitate sint dissimi-  
les: tamen ad subueniendũ miserijs nostris (pro varietate  
supplicantũ) si deuotio exoptulet, actu et volũtate cre-  
dũtur esse cõcordes: quia dũ fides postulantis aduocati  
iuuat meritũ: ad impetrandũ reddit duplicatũ. **H**ec autẽ  
non cõiectura sed experientia assequimur: dũ vnũ exau-  
dit aliũ cõtemni a sanctis admiramur. **A**d sancti alij  
cuius meritũ duo ceci supplicaturi accedũt: vnus illumi-  
natur: alter in cecitate sua relinquit. **C**ontemptus sancti  
nullus adesse creditur: sed diffidentia supplicantis argui-  
tur. **S**ine fide nihil meretur deuotio. **C**onsideratione cer-  
ta ista premiserim: ut si quisq̃ annã beatissimã nõ tanta  
promptitudine qua p̃mittim⁹ sibi adesse senserit: nõ men-  
dacij nos arguat: sed suã diffidentia culpabilẽ agnoscat.  
**F**iducia em̃ maxima est apud deũ et sanctos: cõstans in  
ope fides. **A**mplius autẽ eos posse apud deũ, qui sunt me-  
ritis excellentiores: nemo christianus qui dubitet. **B**ean-  
tissima igitur dei genitrix semp̃ virgo maria, sicut meritis  
et sanctitate omnibus sanctis preminet: ita potestate et  
maiestate utpote regina celi vniuersos iure creditur excel-  
lere. **A**d eius dexterã (ut ita dixerim) beatissimã matrẽ  
annã astare cõfidimus: cuius vitã extitisse sanctissimã nõ  
ignoramus. **N**õ erat ea in israhel: sanctior altera: que in  
cõceptione dei genitricis spiritu sancto vas sine macula  
cõstruxit. **D**eniq̃ si helisabeth mater p̃cursoris dñi spiritu  
sancto et ineffabili gaudio repleta creditur: quantã decue-  
rit sanctissimã dei parentis genitricẽ exultatio, gaudiũ et  
gratia cogitetur. **Q**uantũ differt rex a milite: tamẽ suo  
modo anne merita donis helisabeth iure p̃ferunt. **A**cta  
helisabeth peperit militem: anna dei genitricem. **N**õ est  
cõparatio: vbi nulla est similitudo. **S**i helisabeth gratia  
plena fuit, p̃pter ioannem: multo magis gratiã consecutã

credo annam ppter mariam. **E**rat anna prius q̄s cōcipen  
ret matrē dei sancta: in cōceptione tamē p̄ amplius sancti  
ficata: quoniam tabernaculū illius effici meruit: que super  
omnes creaturas. gratia plena fuit. **C**apsam vel archam  
in qua sanctorū condūtur pignora sanctificatā et honora  
bilem dicimus: quātomagis venerabilē annā in qua dei  
mater sine macula iacuit honoratā sanctificatāq; venera  
ri debemus: **V**ere sancta: que illā sine culpa originalis  
macule peperit: qua nulla sanctior vnq; fuit. **V**ere sancta  
que in matrem dei genitricis prius fuit electa q̄s nata.  
**N**unq; sine honore nominandus uterus: in quo archa  
dei. sine macula meruit fabricari. **B**eatus venter qui celī  
dominā portauit: felicia vbera que lactare matrē dei me  
ruerūt. **C**urrite gentes vndiq; et de meritis tantepatrone  
suscipite benedictionē. **E**niūero si deuotio sancta fidelīū  
in eā feratur: credimus q̄ omnipotens deus magna mor  
talibus donaturus sit munera: et nō minora q̄s p̄ filiam  
dare cōsuevit. **V**os itaq; o fideles populi. qui filiā sancte  
anne dei matrē creditis: q̄ sub vmbra sanctitatis vtriusq;  
requiescatis: si in amore dei cupitis p̄ficere: si ad celestem  
patriā vultis p̄ire: memoriā sanctissime matris nolite  
negligere. **V**os post reginā in aula celestis imperato  
ris potentissimā sit: quia de eius sanguine dei filius car  
nem assumpsit ex virgine. **D**e quacūq; tribulatione ad eā  
clamaueritis: auxiliū inuenietis. **O**mnia sufficit vobis cō  
cedere: que vos poteritis in fide postulare. **L**anguidos  
sanat: crimina purgat: corda mestoz. sancta exultatione  
letificat: tristia sedat: aspera planat: demonū fantasma  
ta fugat. **S**icut glacies ab igne resoluitur: sic a meritis  
sanctissime matris anne: antiquus hostis fugiens pturba  
tur. **A**nna pietatis archa. dedecus fugat. famā pulchrā  
cōseruat. amorē turpem a mentibus suoz. fidelīū mirabi  
liter eliminat. **A**nnā igitur colite: qui mūdī huius erūno  
sam vitā exercetis. **A**nna peccatoribus veniam impetrat.  
vicia extirpat. virtutes plantat. **A**nna morbos curat. vul  
nera sanat. pestilentiam exterminat. **D**anc ergo matrem

colite o filij: que potens est vos introducere ad cōspectū  
dei. Quā qui aduocatam apud deum habuerit: aduersa  
huius mūdi nulla formidabit. Quisquis igitur trāquillā  
et sanctā in terris vitā agere desiderat: quisquis veniā pec  
catorū suoz efflagitat: a seruicio huius sanctissime ma  
tris nunq̄ discedat. Ip̄a em̄ suos cultores etiam in hac  
vita multipliciter remunerat: et p̄seuerantibus eis eterna  
dona parat. Junior fui q̄ sum: et nunq̄ vidi famulum  
sancte anne deuotū a deo derelictū: neq̄ famā eius turpi  
o probrio maculatā. P̄roude cōmoneo vos o viri eru  
ditione et scientia litterarū insignes: deuotionē simplicū  
non spernere: cultū sanctissime matris anne quasi nouū  
nō rephendere: sed potius pro posse imitari. Neq̄ enim  
vt ista dicerem: frustra p̄suasus sum. Sunt namq̄ inter  
vos ( quod pace bonoz dixerim ) qui typo sup̄bie infla  
ti. om̄ia deuotionis simplicū exercitia despiciūt: sancto  
rum miracula et exempla velut deliramenta contemnūt:  
nihilq̄ sanctū admittendū existimant: qd̄ philosophoz  
argumentis nō probant. Reuelationes omnis a deo deu  
otis hominibus ostensas mendacia. vel somnia mulie  
rum reputāt: legendas sanctoz fabulas a p̄pellant: et dū  
eruditionē suam temere predicant: magni dei opera im  
pudenter oppugnant. Tractatus quoq̄ sanctoz patrū  
et deuotoz hominū. quia tullianam pre se nō ferūt elo  
quentiā tanq̄ eruditione carentes abiiciūt: et celestis eru  
ditionis verba propter orationem simplicem cōtemnūt.  
**O** stulti et subuersores: quare vosmetipsos decipitis?  
**C**ur christiani cū sitis: simplicitatem ecclesiasticā cōtem  
nitis? Gratia dei non in eloquentia cognoscatur: sed in  
simplicitate sancta acquiritur. In extremo dei iudicio nō  
requireretur a vobis quintiliana eloquentia: sed christiana  
vita. Non remuneratur a deo ornatus sermo: sed humi  
lis deuotio. Ibi cessabūt argumenta sophistica: vbi secre  
ta cordium erūt manifesta. Tunc simplices deuoti a p̄pa  
rebūt in gloria: et docti superbi in pena. Ecce surgunt  
indocti simplices et regnum dei in sua simplicitate deuota

ta accipiūt: et vos cū doctrinis vestris. In superbia et elatione ad infernū descenditis. **V**obis sufficere creditis famam eruditionis vestre: qua veterū exemplo apud posteritatem immortalitatem nominis acquiratis. **S**ed esto. **F**iat quod queritis: nomen vestrum et fama in mūdo quod diu steterit cum laude predicetur: quid vobis proderit? **V**ere stulta consolatio: si lauderis vbi nunquam eris: et torquearis. vbi semper sine fine manebis. **V**oneo itaque et consulo. deponite supercilium: pellite insaniam: tumorem abijcite: ut inferni tormenta possitis euadere. **D**eus enim superbis resistit: non eruditionem sed humilem deuotionem attendit: remunerat non verba sed opera: non scientiam sed vitam: non doctrinam sed conscientiam. **Q**uinpotius mutate propositum: et deuotionem simplicium nolite despiciere: sed imitari. **D**onum dei non intelligit: nisi qui accipit. **Q**uod ergo non intelligitis: qua temeritate laceratis? **N**on includitur sub ratiocinatione philosophi: donum dei. **R**ara est in eruditis deuotio: quia dum in profunditate sue conquisite doctrine confidunt: a simplici deuotione longius recedunt. **G**ratia enim dei non bene accipitur: quando humana curiositate discutitur. **D**um sapor in sermone queritur: interior dulcedo amittitur. **S**piritus sanctus elatam despicit mansionem. **T**emeraria igitur ora obstruite: male disertis linguas cohibete: et nolite contra dominum loqui mendacium: deuotionem nolite lacerare simplicium: ne vobis graue reputentur in scandalum. **N**ec me dicentem nemo hostem bonarum artium existimet: nemo eruditorum calumniatorum credat: quippe qui scripturas semper colui et dilexi: viros eruditos semper honorare consueui: et usque ad odium et persecutionem imperitorum nonnunquam defensusui. **S**ed ut caueat quod sibi docti videntur in oculis suis: ne simplicium deuotionem contemnentes. a reuerentia sancte anne crederent reuocandos. **S**i quod vero tales futuri sunt: eruditum in eorum numero crediderim neminem: cum vera eruditio deuotionem viuare consueuerit non reprehendere. **M**ulti quoque doctissimi viri hodie supstites ingenia sua **I**esu et pro magnifice exercitantes: diue anime meritis dedicant.

## Contra illos qui festum et me-

moriam sancte anne lacerant.  
despiciunt et impugnant.

Cap. iiii.

**A**ditu percipe tu quisq̄s es. qui festiua sacrosancte matris anne memoria vituperas: q̄ honorē eius impia loquacitate impugnas: q̄ cultores eius temeraria p̄sumpcōne blasphemias

**Q**uid tibi displicet in matre sanctissima dei genitricis? **N**ūquid de meritis eius dubitas? **N**ūquid degenerem probas? **S**ancta est: deo dilecta est. **S**tulte et insipies qui bonū in seruis dei q̄d imitari debueras culpas: qui sanctis debitū honorem subtrahis: qui cultores beatissime anne sine causa p̄sequeris. **I**mproperas em̄ et dicis. **C**ur noua festa assumitis: qui antiqua non celebratis? **A**udi p̄phane. **N**unquid festū sancte anne tibi nouū videtur: q̄d ex veterū monumentis antiquissimū cōprobatur? **S**i nouū est: quomō sancti patres illud antiquitus celebrare potuerūt? **N**ouū nō est: in cuius honore sanctus augustinus ante mille annos elegantem fertur cōposuisse sermonē. **N**ouū esse nō poterit: de quo antiquissima carmina extant. **A**ut quēadmodū nouū esse poterit: cuius aureum nomen antiquissimis kalendarijs reperitur insertum? **S**ed tibi et nouū et rarū est: qui memoriam eius nunquā celebrasti. **N**eq̄ em̄ noua esse potest beatissime matris anne memoria: cuius domus in qua habitare antiquitus cōsueuerat. nō longe post passionē dñi in ecclesiā sub eius nomine legitur cōsecrata. **P**rope lugdunū monasteriū nr̄i ordinis in insula barbara est: vbi in capella quadā vetustissima corpus beatissime matris anne cum multa reuerentia populi quiescit: quā sanctus longinus miles christi primū fundasse dicitur. et p̄ciosissimas illas reliquias ab hierosolyma secū deferens in eadē colle casse. **H**uius rei in dicto cenobio antiquissima monimēta reperuntur. **I**stane tibi noua videntur? **C**essa igitur festo sanctissime matris detrabere: cessa cultū eius dignissimū

impio dente lacerare. Noli odium personale diffundere in  
omnes: noli propter paucorum displicentiam omnibus indignari:  
noli iniuriam hominis efferre in superos. **Cur** Iesus (forte ab  
homine) sanctos dei vocas in culpa? **Cessa** obsecro cessa  
vindictam unius hominis vel paucorum a sanctissima ma-  
tre anna velle exagere. Nolo sanctitatem eius vituperes: no-  
lo eam suo honore priues: nolo deuotionem seruorum eius  
impugnes. **Si** peccauerit homo in hominem, placari po-  
terit ei deus: qui autem peccat in sanctos dei in parentes  
filij dei, in matrem genitricis dei: quis orabit pro eo? **Quon-**  
modo potest deum habere propitium: qui sanctos eius et  
quidem sanctissimos habet offensos? **Sancta** etiam anna  
omni honore digna est: que parere meruit dei genitricem  
sine labe criminis: cuius honorem qui minuit: iniuriam deo  
facit. **Quin** potius si sapis, si intelligis, recede ab hac stul-  
ticia tua: fuge ab hac insania falsa: declina ab hac bla-  
sphemua pessima: et pristini erroris assume penitentiam:  
ut per compunctionis lachrymas tam nephariam diluas  
culpam. **Quod** si non feceris: si in pertinacia tua perseueraue-  
ris: non impedies voluntatem dei: sed partem habebis in  
forte diaboli. **Deus** sanctam annam in ecclesia sua hono-  
rare disposuit: quis eum prohibebit? **Ecce** reges et prin-  
cipes memoriam sancte anne religiosa deuotione concele-  
brant: ecce presules ecclesiarum ubique in eius honorem alta-  
ria consecrant: ecce fideles populi nomen eius ubique in-  
uocant: et tu in inuidia tua cum diabolo tabescis, confundis  
et insanis. **Monachi** et religiosi utriusque sexus, totus  
ecclesiarum dei clerus, festum sancte matris anne et me-  
moria cum singulari deuotione celebrant: et tu inuide ca-  
nis contra omnes latrare presumis? **Quid** impie latras:  
quid scelerate murras? **Tace:** abi, recede: non sine  
gravi animaduersione tua impietas vindicabitur.  
**Quicumque** enim hec et sanctitati beatissime matris an-  
ne detraxerit: quicumque cultores eius blasphemauerit:  
sine confusione ab hac vita non migrabit

Confusione mala confundetur coram deo et hominibus:  
opprobriū et ignominia pessima cooperiet caput eius:  
erit miser et miserabilis: et nō erit qui calamitati eius cō  
doleat: omnibus diebus quibus fuerit sup terrā.

**Q**uō omnipotēs deus sanctam  
annam in matrē sue genitricis elegen  
rit ante mundi constitutionem. **Cap. v.**

**I**cut omnipotens deus ante mūdi cōstitutio  
nem tempus quo nasceretur in carne dispo  
suit: sic etiā parentes de quibus nasceret ab  
eterno pōrdinavit. Neq; em̄ inuenit parentes  
dei filius. sed premisit: qui eos sine tempore ad tempus  
ordinavit. Nō fortuito casu illos reperit: sed mira dispen  
sacōne ab eterno preelegit. Confidenter ergo beatissima  
anna dicere potuit illud qđ de eterna dei sapientia scribi  
tur. Dñs possedit me inīcio viarū suarū. anteq; quicq; fa  
ceret a principio: ab eterno ordinata sum: et ex antiquis  
Erat ante mūdi cōstitutionē in mente diuina nō p natu  
rā facta: sed p gratiā pōrdinata. Vere digne est honorā  
da: quā gratia dei pueniendo in matrē genitricis dispo  
suit: et semp cōseruādo sanctissimā effecit. Vere sancta et  
omni honore dignissima parens: que nobis vitē sancto  
ris normam prebuit: et inexhauste pietatis fontē de suo  
pectore produxit. Nō potuit esse nisi sanctissima que tam  
priosum thesaurū in suo vtero portauit. Archa testamēti  
nobilissima omnīū virtutum ornatu splendida extitit: in  
qua vna illa fuit recondita: que verū manna erat virgo  
paritura. **Q**uanto honore dignus anne venter creden  
dus est: qui dei gazophilaciū factus. inestimabilis precij  
thesaurū baiulauit. Nō est dubitandū fratres charissimi  
sed firma deuocōne credendū. beatā annā ineffabili gau  
dio tūc repletā fuisse: quādo matrē dei futurā sancto spi  
tu a sua cōceptione dignā et mundā ab omī macula pser  
uatā. in suo beatissimo vtero nouem mensibus portauit.  
**Q**uis enarret illa sanctissime matris anne gaudia: que

ex pñtia sancti spūs in suo pectore sensibīlter pcepit. **Q**ue  
vox potest exprimere. que lingua referare. que mens mor  
talis viatoris capere. quāta leticia et exultacōne beatissī  
ma anne viscera impleta fuerint: quādo gratiā sancti spī  
ritus in filie nondū nate p̄cordijs meruit sentire: **S**i be  
lisabeth ex militis p̄sentia spiritu sancto repleta fuisse dī  
citur: copiosius id factū in venerabili anna multiplici ar  
gumento cōprobat. **I**lla em̄ preconē summi regis. ista  
matrē in vtero baiulauit: illa militē: ista cōceperat regi  
nam. **J**oannes in vtero cōceptus sanctificatus est: maria  
etiā in conceptione p̄seruata. **D**eniq; spiritus sanctus ab  
hora cōceptionis mariā in purissimā sponsam eligens et  
inhabitās nunq; ne ad momentū quidē postea deseruit:  
sed semper eam custodiens et dirigens speciali dono pre  
cūctis mortalibus illuminauit. **H**uius sacratissime illu  
minacōnis participem fuisse beatissimā virginis genitri  
cem credimus: nō solum quādo virginē adhuc clausam  
portabat in vtero: sed etiā cūctis postea diebus quibus  
vixit in mūdo. **E**nīvero quā spiritus sanctus dignā del  
parentē effecerat: nō sine maximis gratie sue donis possi  
debat. **E**am ergo fratres charissimi quā semp sanctam  
deco placuisse ab eterno cognouimus: nobis in aduocan  
tam eligamus: eamq; quotidie venerantes. cōdignis lau  
dibus honoremus. **H**onorent eā cōiugati: quia sanctissi  
mo partu suo cōiugium dño cōsecrauit: cui matrem sine  
macula peperit. **L**audent eā vidue et cōtinentes: qz nor  
mā illis cōtinentie p̄signauit. **D**iligant eam virgines: qz  
tante sanctitatis virginē peperit: qua nulla vnq; sanctior  
effulsit. **H**onorent eam iusti: quoniā illis sua sanctissima  
cōuersatione iusticie regulā ostendit. **V**enerentur peccā  
tores: quia matrem illius peperit: qui ex peccatoribus  
iustos facit. **O**mnēs eam maximo venerentur amore. qm̄  
genitricem illius p̄tulit: qui redemptor omnibus adue  
nit. **N**ullus a laudibus eius torpeat: nullus ab amore  
eius deficiat: nullus a cultu eius tepidus fiat. **O**m̄es ut  
cōmunem matrē diligant: om̄es aduocatā publicā ho



novent: de cuius munere cōmunem saluatore omnes re-  
ceperūt. **I**p̄a em̄ peccatorū nobis veniam impetrabit: de  
cuius sanguine fons pietatis corporaliter emanauit. **C**o-  
ram illa o fratres assurgite: que sperantes in se nō dere-  
linquit: o p̄pressos releuat: releuatos sustentat: uiduas p̄-  
tegit: orphanos et pupillos misericorditer defendit: im-  
becilles refouet: debiles erigit et sanat: erectos in virtute  
confirmat. **I**mpossibile est eā pro cultoribus suis orantē  
non exaudiri: que om̄ipotentī deo tam preciosum de suo  
pectore thalamū construxit.

**Quā iusta sancta ⁊ deo accepta**  
fuerit vita et cōuersatio bea-  
tissime matris anne.

**Cap. vi.**

**S**i monumenta sanctorū patrum sedula deu-  
cōne p̄legerit: quāta sanctitate vita beatissime  
matris anne resplenduerit inuenire potest. **D**e  
qua sanctus presul epiphanius nōnulla cōpo-  
sult: q̄ vitā eius tāta iusticia. innocētia et puritate clarū  
se meminit: vt parem in israel non habuerit. **D**onorius  
quoq; p̄sbiter augustudunens̄ vir sanctus et eruditus in  
speculo ecclesie quedā de laudibus sancte matris anne ser-  
mone luculento edidit: et q̄s sancta semp vixerit. breui cō-  
pendio demonstraui. **S**anctus cirillus ep̄us alexandri-  
nus cultor quondā montis et ordinis carmeli. cū de ortu  
beate dei genitricis sp̄ virginis marie ad celestinū papā  
primū scriberet: de vita ⁊ cōuersacōne sancte anne multa  
laudū p̄conia inseruit. **S**ed q̄d necesse est me doctores  
multis allegare incognitos: cū beatus hieronymus p̄sb̄  
ter vniuerso noiatus in orbe. de hac ip̄a re nōnulla scrip-  
sisse ferat laude digna. que a multis habent: **E**rat ergo  
beatissima anna quātū ad carnis generationē p̄ncebat de  
tribu dauid orta ex berthleē p̄re stolano. m̄re p̄o emerēcia  
parētibz secūdū legis decreta religios̄ ⁊ deuotis: q̄ eā vna  
cū sorore isinera in timore dñi ab infātia nutrierūt. **P**or-  
ro isinera soror pepit helisabet̄ matrē ioannis baptiste.

**A**nnam accepit in vxorem ioachim ex nazareth de tribu iuda: que peperit filiã dei postea genitricẽ semp virginem mariã. **V** ioachim et anna digni eterna memoria parentes: qui dño deo in simplicitate famulantes: thesaurum inestimabilẽ obtulistis. **Q**uis parentes hos digne laudare sufficiat: **E**niũero nisi vita eoz extitisset sanctissima: nunq̃ partũ dño tam gratũ ptulissent. **E**rant autẽ medio cric sed cõpetentis substantie: ex ouũ pastu et agricultura necessaria conquirentes: de quibus tres equales ferũtur fecisse portiones: quarũ alterã templo. alterã dedere pauperibus. terciã in vsus domesticos sibi retinebãt. **Q**uantũ vero ad mores ptinebat: in obseruãtia legis erãt studiosissimi: in timore dñi probati: in charitate dei et proximi pfecti. **C**horum cõugalem cumulatissimis ornate uere virtutibus: quibus eousq̃ pfererũt: ut deo placerent et hominibus. **C**oncordia. innocentia. et pietate fuerunt vnanimis: et in omni virtute locupletes. **A**ambo de domo dauid duxerũt originẽ: ambo pfecti erãt corã dño: ambo redemptionẽ israhel cum desiderio expectabãt. **A**ambo ab incunte etate in timore dñi fuerãt instructi: ambo deo cari: ambo in parentes dei genitricis electi. **A**anna tamen maior gratia repleta fuisse citra iniuriã mariti creditur: in cuius venerabili vtero sanctissima dei genitrix sine omni macula formabatur. **I**n eius pectore charitas dei gratũ sibi inuenit domiciliũ: de cuius sanguine purissimũ dei filio spũs sanctus edificauit tabernaculũ. **D**igna parens dignissime parentis: que prima omniũ saluatoris nostri maturauit aduentũ. **I**n eam o fratres mentis vře oculos dirigite: vite eius normã auscultate: et mores vřos eius vestigijs imprimite. **V**ultis nosse qualis fuerit: prefatoz patrũ scripta reuoluite. **E**rat incessu grauis: vultu gratie relucens placida: consilio matura: sermone composita. cultu et operatione sanctissima. **I**n lege dñi die meditabatur et nocte: fide firma: spe robusta: gemina charitate repleta. **O**rationibus semp instare didicerat: et dñi aduentũ cũ maximo desiderio expectabat. **E**rat honesta in

opere: sobria in consuetudine: humilis in mente. **N**emo  
vnq̄ p̄ vicos et plateas discurrentē illam reperit: nemo  
in domibus vicinarū inutiliter fabulantē audiuit: nemo  
ad choreas et spectacula vnq̄ illā astitisse inuenit. **D**omi  
manere a iumentute sua didicit: laborare aliquid mani  
bus consuevit: foris videri ab hominibus non quesuit.  
**C**oncordiā in bono et pacem cum vicinis obseruare stu  
duit: nemini iniuriam fecit: verbo vel ope neminē tur  
bauit. **R**aro videbatur in publico: in plateis cū mulier  
culis fabulantibus nō sedebat: et in colloquio detrahen  
tium nō stetit. **H**ouerat em̄ prudentissima mulier multi  
loquio nō deesse peccatū: ideo omni custodia seruauit  
cor suū: ne vnq̄ in sermone offenderet. **S**anctis itaq̄ stu  
dijs et exercitijs intenta: et sterili mater effici meruit: si  
cut omnipotens deus ab initio p̄ordinauit. **C**ōcepit ergo  
mulier sancta de cōiuge sancto: cōcepit sine originali ma  
cula: peperit sine culpa. **O** sancta et prius inaudita con  
ceptio. **C**ōcepit a viro: sed nulli vnq̄ crimini hec fuit ob  
noxia cōceptio. **C**ōcepit secundū nature ordinē: sed p̄ter  
nature cōsuetudinē. **O** sancta et cōtinuis laudibus cele  
branda cōceptio: que matrē sine macula dei filio parat:  
de qua chorus angelorū iubilat: totusq̄ in orbe terrarū  
mūdus exultat. **V**ere semp̄ honorāda cōceptio: que om̄i  
potēti deo prius grata extitit: q̄ impleta fuit. **V**ere dign  
na cōceptio: que spiritu sancto p̄seruante a tāta puritate  
sumpsit exordiu: vt disposita fuerit cōcipere et parere deū.  
**C**olenda est igit̄ a nobis sūma deuocōne anna sanctissi  
ma parēs: que matrē dei sine omni macula cōcepit. **O** q̄  
dignā deo hostiā obtulit: quādo sanctissimā filiā in tem  
plo p̄sentauit. **D**entq̄ ad matris sancte merita declarāda  
p̄tinet: q̄ filiā quā concepit et peperit: statim ab infantia  
dño consecrauit. **Q**ualis cōuersatio matris: talis et filie  
institutio fuit. **N**emo docere aliū potest q̄ ip̄e nō didicit:  
nemo filios bene instituit: male institutus. **F**requēter ad  
mores parentū filij proficiūt: et quod acritari ab illis vi  
derint libentius amplectūtur. **S**anctissime filie cōdigna

mater: vt a qua traxerat sine crimine materiam carnis:  
ab ea sugeret instituta pietatis. **U**trāq; dei gratia puen-  
nerat: vtrāq; repleuerat: sed erat in matre prior: in filia  
copiosior. **D**ocuit sancta mater filiā quod ipa prius a pa-  
rentibus didicit. quāuis institutione humana opus non  
habuit: quam spiritus sanctus a conceptu adimpleuit.  
**N**ecq; eī materna erudicōne indiguit: que celesti gratia  
plena fuit. **D**iscite o matres filias vestras ad honorē dei  
instituire: mūdi pompas non amare: publicū turbe cō-  
spectum fugere: domi residere. **S**piritus namq; sanctus  
odit publicū: pure mentis diligit secretū. **Q**uid per vicos  
et plateas discurretis: si honestatem virgineam amatis?  
**A**d mariam archangelus venit non in publico sed in sea-  
creto: non in platea loquentē: sed in camera tacentem.  
**A**postoli spiritū sanctum nō in foro: sed clausi in domo  
acceperūt. **Q**uod beatissima virgo a matre: immo a spiri-  
tu sancto didicit: solerter custodiuit. **N**lla vagos discursus  
vitare cōstituerat: maria in domo solitaria manebat  
**I**n vtrāq; respicite: matres in matrē: virgines in virgini-  
nem. **C**redite mihi nō decet vestrā honestatē delectari in  
publico: nō expedit virgines saluari in foro: q; reuerentiā  
honestatis minuit: q; frequēter ad publicū vadit. **V**irgini-  
tas cū verecūda sit: publicū fugit. **S**ine verecūdia nō est  
sincera vrginitas: nec potest pura manere nimis publica.

## **Q**uā sancta mater anna filiam

suam beatissimā dei genitricem sine  
originali macula concepit.

### **Cap. vii**

**U**oniā ad beatissime matris anne declarāda  
sanctitatis merita multū cōducit: q; dei geni-  
tricē sine originalis reatus macula pepit: neu-  
quaq; a nobis tantī p̄rogatiua honoris silen-  
do est trāseunda. **E**t quidē scimus hanc purissimā cōces-  
ptionē in signū positam cui a multis vsq; in hodiernum  
diem contradicitur: qui dum nature consuetudinem vo-  
lunt defendere: gratiam dei non verentur impugnare.

Quid stolidi latrant: quid imperiti murmurāt? An non  
licet deo quod vult facere? **E**cce cōceptionem dei genitri-  
cis sine macula purā veneratur ecclesia: ecce festum cele-  
brat deuotione annua: et hoīes captiosi eam temeraria  
p̄sumptione maculare laborant? **S**ancti et eruditissimi  
viri p̄teriti et p̄sentes vario scribendī genere suis lucubra-  
tionibus conceptionē hanc macule originali nunquā sub-  
iacuisse predicant: et adhuc filij adam eā temere impu-  
gnant? **O**mnes diuersorū pene ordinū religiones purissimā  
semper extitisse cōfitentur. credūt. et p̄dicant: quos dā-  
nare velle tanquā errent extreme dementie est. **E**cce viri seu-  
culares. religiosi. monachi deuoti atque eruditi metro et pro-  
sa cōceptionem semper purissimā celebrant: et hoīes tepidi  
et sine erudicōne quibus nomen phi nosse satis esse viden-  
tur: sanctitatē dei genitricis cōmaculare nituntur? **D**ul-  
ti inquam doctissimi viri varia in eius defensionē sintagma-  
ta ediderūt: quis vnquā eruditus contrariū scripsit? **S**ed  
tu nomine quidē tuo indigne nicator. qui os tuū in celū  
ponens cōtra purissimā dei genitricē impie blasphemasti:  
non sine graui id animaduersione dei feceris: qui ppe qui  
non pietate sed impietate moueris ad scribendū. **D**enique  
stulte temeritati tue p̄ viros eruditos vario stili genere sup-  
abundenouimus esse respōsum. **N**eq; em̄ nostris armis:  
sed dei virtute abscedis cōfusus. **N**ec errorem tuū dāno.  
sed arrogantiam: sed temeritatē: sed p̄sumptionē. **S**cio em̄  
de cōceptione virginis marie hesitare non esse peccatum.  
quā deus voluit esse occultā: sed eā impugnare. et temer-  
arie diffinire quod nescias: inauditi est sceleris. **S**i ea que  
nescimus quo animo fiāt in partē meliorē interpretari p̄ci-  
pimur: quanto magis occulta dei opera quorū rationes  
ignoramus ad pietatē debemus accipere. **N**emo nostrū  
consilio dei interfuit: nemo cōceptionis modū agnouit:  
sed multis rationibus inducti. nos ex pia credulitate pu-  
rissimā semper extitisse credimus: aduersarij ex nature cōsi-  
deratione abducti. temeraria p̄sumptione defendūt opin-  
ionē contrariā. **S**ed satius est de pietate in dei parentē

quod de temeritate reddere rationem. **S**i nos erramus. ple-  
tas (immo deus ipse) est in causa: si autem vos erratis  
o aduersarij: dicite ob quam causam. **Q**uemam vos conside-  
ratio mouet: ut purissimam dei matris conceptionem tam au-  
dacter culpe originali subiactum dicatis: **R**espondebitis  
tis scio. **A**mor veritatis. **S**ed ostendite opinionem vestram  
esse veram: et vos amatores veritatis crediderim. **N**on autem  
ostenditis: quia non intelligitis. **N**on intelligitis: quia non  
credit. **V**eritatem non defenditis: quam nescitis. **N**emo enim  
proprie defendit quod ignorat. **C**onsideratio humane nature  
vos decipit: cuius dum consuetudinem exquisite reuoluitis:  
deum constitutorem esse nature non pensatis. **S**upra naturam  
est. qui naturam fecit: non restringitur sub legis humane con-  
ditione deus conditor legis: sed qui virginem parere voluit:  
etiam propter nature ordinem a peccato preseruaui. **C**ausa itaque  
opinionis aduersae ex temeritate sumit exordium: et ideo  
non mercedem a deo meretur. sed vindictam. **N**am sicut pena  
martyrem non facit sed causa: ita error conceptionis non  
damnat sed pertinacia. **D**enique si exemplis et monimentis ve-  
terum est credendum. plures miserrime perisse legimus qui  
puritatem gloriose conceptionis impugnarunt: neminem vero  
vique defensorem eius a deo percussum inuenimus. **N**os enim  
ad defensionem sanctissime conceptionis mouet dei matris  
maxima considerata dignitas: que talis ac tanta emittit:  
ut omni honore dignissima fuerit. **S**i fallimur: pietate  
sancta excusamur. **V**os autem si erratis. quis defensurus  
erit? **V**eritas: **S**ed eam non cognoscitis. **I**usticia: **S**ed  
illa errores damnat: non excusat. **M**isericordia: **S**ed  
viscera misericordie non habetis. **Q**uis ergo liberabit vos?  
**V**irgo maria: **S**ed honorem eius floccipenditis. **F**ilius  
dei: **S**ed genitricem eius non diligitis. **O**rationes sancto-  
rum: **S**ed regine eorum detrahitis. **E**xcusationem ergo non  
habebitis: qui deum et omnes sanctos illius offenditis.  
**A**rmatis vos argumentis scholasticis: et pietate nudi estis  
**Q**uicquid pro defensione opinionis vestre adducitis: a timore  
dei alienum est. **N**on enim dei honorem queritis: qui puritatem

genitricis illius impugnat. **S**ed audite conciliū meū:  
et mutate ppositū vestrū. **R**edite aliquādo ad vosmetipōs  
quia tēpus est: et nolite opinionē incertā psumptuose de-  
fendere: quā indiscussam sine peccato potestis ptransire.  
**S**i deū diligitis: si iesum christū saluatozē oīm amatis:  
genitrici eius sanctissime tantā nolite iniuriam facere: de  
qua nulli licet nisi sanctissima sentire. **C**onceptionē eius  
semp purissimā credere. non necessitatis sed pietatis est:  
non credere humane tarditatis. **N**on credendo autē im-  
pugnare. et opinionē contrariā velle defendere: non solū  
crimīe nō caret: sed etiā magne temeritatis et stulticie est.  
**E**nīvero temeritas iure rephenditur: vbi pietas remune-  
ratur. **N**eq; parū cuiq; videatur esse peccatū: qđ in deū  
et eius genitricē cōmittitur. **Q**ui autē dei filiū diligit: os  
suū contra matris honorē nō aperit: puritati eius nō de-  
trahit: opinionē incertā p̄tinaciter nō defendit: quia vbi  
deuotio humiliū recipit premiū: p̄sumptio supboz inue-  
niet tormentū. **D**igna enim dei mater fuisse creditur sine  
originali macula concipi: que illū erat virgo paritura:  
qui tocus deleret crimina mūdi. **D**igna quoq; tali con-  
ceptione beata mater anna extitit: cuius indyta cōuer-  
satio deo gratissima fuit. **N**olo mireris dei genitricē p̄ter  
nature consuetudinē. ab originali p̄seruatā crimine: quā  
sibi mansionē parauerat deus infusor gratie. **C**onsidera  
natam dei genitricē: et nō miraberis sine macula cōcep-  
tionē. **D**igna sunt que dicūtur: sed vera. sed sancta. sed  
genitricē dei decentia: cuius cōceptionem preuenit gra-  
tia: et hinc miratur natura. **V**iramur et nos quoniā fi-  
deliter credimus: aduersarij autē nō credentes nō mirā-  
tur: sed cōfundūtur. **S**i potes ista capere. crede: si nō ca-  
pis. noli discutere: si non vis peccare. **M**elius est enim  
de puritate beatissime dei genitricis cū reuerentia tacere:  
q̄ indigna loqui. **C**ura itaq; ea que non potes intelligen-  
re: humili silencio semp honorare.

# Quemadmodū beatissima ma-

ter anna filiam suā dulcissimā  
dño presentavit in templo.

## Cap. viij

**A** principio voluminis regū legim⁹: q̄ anna  
uxor helchane samuel filiū suū quē a dño pos-  
tulauerat: post annos ablactacōnis ad tem-  
plū deo seruiturū obtulit. Infantū vero grata  
deo extitit samuelis oblatio: ut eū non solū in sacerdote  
beli repudiato eligeret: sed etiā spiritu p̄phetie et sapien-  
tie impleret. Quid fratres quid nobis p̄ samuelis obla-  
tionem aliud innuitur: q̄ qd̄ beatissima dei genitrix dño  
in templo a matre p̄sentatur? **Q** q̄ grata extitit om̄ipō-  
tenti deo ista oblatio: in qua iam tūc p̄parabatur vnige-  
nito dignissima mansio. Elegerat eā deus ante mūdi cō-  
stitutionē et p̄elegerat eam: et qd̄ sine tpe disposuit: hac  
p̄sentatione adimpleuit. Quantam putamus tūc in celo  
fuisse leticiā: quādo maria virgo adolesecentula sponso ce-  
lesti copulabatur? Inducitur a matre sanctissima virgo  
in templū. dñm templi paritura: iamq̄ deficiis adapta-  
tur nuptijs: infantula triennis. Quis tuū enarrare suffi-  
ciet o mater anna tūc gaudiū: quādo filiā a dño suscep-  
tam templo seriturā. immo dñm templi pariturā deuo-  
ta tradidisti? **N**emo vnq̄ tā gratū deo munus obtulit:  
nemo thesaurū tantī precij vnq̄ templo p̄sentauit. **M**irā-  
rantur sancti parentes supra etatem in filia mores: mirā-  
tur gratiā: mirantur alacritatem. **E**rat enim gratia plea-  
na ex vtero: nec macule quantūuis leui vnquā subiacuit:  
que dei templū fuit. **Q**uid miraris in filia mater? **N**on  
includitur sub lege nature gratia dei: non requirit etatē  
ad operandū que voluerit virtus spiritus sancti: non ne-  
cessitatur sub annis multis donū et voluntas altissimi.  
**S**anctificauit tabernaculū suum altissimus: et archam  
in qua manna verū locare disposuit: auro virtutū purissi-  
mo intus ⁊ foris pulcherrime ornauit. **Q**uā p̄fecta m̄ in  
amore dei fuerit: i hac oblacōe filie dulcissime declarauit



**N**isi em̄ in timore dñi fuisset solida: nunq̄s a se filiã vnice  
dilectã. teneram et nobilẽ auelli pmisisset. **S**ed vicit ma-  
terna viscera amor creatoris: et pignus qđ super omnia  
creata habuit carissimũ: hilari vultu dño obtulit conse-  
crandũ. **N**ihil hic fortuitu geritur: nihil cõsuetudo ope-  
ratur: omnia sine tpe ab altissimo sunt disposita: omnia  
dei consilio sunt ab eterno pordinata. **I**oachim ⁊ anna  
felicissimi parentes: qui digni fuistis illã producere: que  
sine virili semine dei filiũ meruit pcreare. **V**ere laudibus  
semp honorãda cõdignis oblatio: que matrẽ deo. regem  
angelis. mũdo diu pdito prestitit saluatorẽ. **T**anta autẽ  
puritate hanc oblationẽ decoratã credimus: qua purior  
sub deo nulla esse possit. **N**ã et regina angeloz facta est:  
mater dei: dña mudi. **I**n maxima quoq̄ gloria corã deo  
esse credendi sunt: parentes hi felicissimi qui dei filio ma-  
trem genuerũt. **D**iscite o parentes timorẽ dei natis vris  
pponere: discite illos ad amorẽ dei iuuenes informare:  
ne si adolescentulos negligitis: cõtumaces postmodũ in-  
ueniatis. **A**nna filiã dulcissimã triennem dño obtulit: in-  
fantulam deũ timere docuit: erudiendam in timore dñi  
templo psentauit. **V**os autẽ nõ sic. **F**ilias vras ad cho-  
reas et mudi vanitatis amorẽ instruitis: nihil eis de ti-  
more dñi dicitis: nihil de vita eterna psuadetis: qui pe-  
ne filiozum mulier gloriatur si eos in charitate dei probe  
instituire neglexerit: quia non multitudo filioz feminas  
sed probitas cõmendat.

**Q**ũ diua mater anna in maxi-  
mo apud deum et omnes sanctos  
honore habeatur. **Cap. iē.**

**R**edimus autẽ et absq̄ vlla hesitatione tene-  
mus diuam annã dei genitricis parentẽ sin-  
gularis apud deũ esse meriti et honoris: quo  
non sibi tantũ sufficiens ad gloriã: sed nobis  
quoq̄ idonea ⁊ potens sit ad subuentionẽ. **N**am si aplos

ceterosq; sanctos apud deum potentes esse confidimus:  
dei parentes potentissimos necesse est credamus. **Anna**  
em̄ sanctissima mulier intantū omnipotenti deo cōplacuit:  
ut genitricē vni geniti sui ex ea nasci voluerit: cuius matri  
nunq; didicasset vterū: nisi magne sanctitatis inuenisset  
meritū. **Dicit** nāq; scriptura. **Spiritus sanctus** discipline  
effugiet fictū: nec habitabit in corpore subdito peccatis.  
**Nihil** in beatissima matre anna fictū extitit: nihil qđ deū  
potuisset offendere fuit: sed erant oīa recta, mūda et san-  
cta: et habitacōni spiritus sancti condigna. **Merito** igit̄  
post filiā proxima deo creditur in gloria: que tantū pla-  
cere potuit in hac vita. **Nō** mihi stolidus disputator obi-  
ciat veteris testamenti sanctos minoris extitisse meriti q̄  
noui: cū tempus sanctitatē non tribuat, sed fidei gratia.  
**Annam** excipio: quā nō tam veteris q̄ noui instrumen-  
ti amatricem agnosco. **Ipsa** em̄ archam noui testamenti  
condidit: quam nouem mensibus in suo vtero portauit.  
**Neq;** em̄ sanctitatem tempus minuit: quam dei spectan-  
tis gratia concedit. **Tanta** vero gratia beatissimā annam  
preuenerat: ut similit̄ virtute et sanctitate in israel suo ten-  
pore non haberet. **Cōgruum** itaq; esse videtur ut apud  
deum pre ceteris valeat in gloria: que ante alios claruit  
in vita. **Enimvero** sicut dei filius matrē suam pre omni-  
bus honorat et diligit: ita quoq; dilectā auiam suā post  
illam singulari gloria donauit. **Sed** forsitan dicturus est  
aliquis. **Cessat** affectio carnalis: vbi nō est generatio car-  
nis. **Esto.** **Sed** non cessat amor vbi exuberat virtus: nō  
desinit affectus vbi cōtinuatur dilectio: non perit cogna-  
cōnis amor vbi meritis gloria debetur. **Cessat** fateor in  
beatis affectio carnalis: cessat etiā generatio carnis: sed  
non cessat amor cognacōnis: cum inter illos sit omnibus  
cōmunis. **Nemo** em̄ vnquā carnem suam odio habuit.  
**Neq;** em̄ tam immitis est dei filius, ut non diligat san-  
ctos parentes suos: carnem suā: viscera sua. **Aut** quo  
modo suos parentes nō diligeret: qui omnes sanctos et  
famulos suos amat. **Dicit** em̄. **Ego** diligentes me diligo

**Q**uis deum supra parentes eius secundū carnē vnq̄ di-  
ligere potuit? **D**e sanguine eorū sine macula incarnatus  
est: lacte pastus: cura nutritus. **A**bsit ergo ut putemus  
annam beatissimam dei filij auam sine maximo honore  
esse in patria: que deo tam proxima extat in terra. **S**i  
dñs iesus rex celi diligentes se diligit: parentes suos me-  
rito pre omnibus amare credendus est. **N**ec possunt in  
celesti patria esse sine speciali glā: quos omnipotēs deus  
in terra tam insolita repleuerat gratia. **A**nnā igitur dei  
filio post matrē virginem credimus esse proximā: et po-  
tentem pro miseris aduocatā: cui nihil rex celi denegat:  
sed in omnibus que petierit faciem eius ut dilectissime pa-  
rentis honorat. **E**am quoq; trinitas tota diligit: eā cho-  
rus angelicus colit: eam omnes celestis patrie ciues ut  
regine sue matrem honorabilem maxima reuerentia ve-  
nerantur. **N**ec immerito. **N**am si regem diligūt: auam  
eius iure venerantur. **H**onor em̄ qui parentibus impen-  
ditur: filijs exhibetur. **S**inus autē regem amare cōuin-  
citur: qui patrem et matrē totāq; progeniem illius non  
veneratur. **P**lus enā dolere solemus de iniurijs parentū  
nostrorū q̄ de proprijs. **Q**uare hoc. nisi q̄ cōtumelia illis  
irrigata in nobis geminatur? **N**on em̄ solos parentes  
sed et nos graui credimus iniuria notatos. **P**ari modo  
sicut cōtumeliam parentum nostrā credimus: sic hono-  
rem illis exhibitū nostrū reputamus. **Q**uicquid ergo ho-  
noris diue matri anne impendimus absq; dubio deo q̄-  
bitum credamus. **D**icit em̄ nobis in euangelio dñs.  
**Q**uicquid vni ex minimis meis feceritis: mihi fecistis.  
**S**i omne quod minimis in christū credentibus impen-  
ditur sibi factū asserit: quantomagis in illis id fieri cre-  
dendum est. qui non modo minimi apud eum. sed maximi  
et potentissimi sunt. **N**on sunt vltimi apud dei filium  
parentes eius: non minimi sed maximi: nō parui sed po-  
tentissimi. **Q**uicquid ergo veneracōnis illis impendimus:  
duplicatū apud deum minime dubitemus. **E**tem si re-  
uelationibus credendū est: beatissima virgo cuidam deo

uoto apparuit: sibiq; inter cetera dixit. **S**i diligis me:  
 honora matrem meā: et quicquid illi reuerentie impen-  
 deris: mihi dupliciter gratum erit. **N**unc ergo fratres si  
 dei genitricem diligimus: si complacere regine celi desi-  
 deramus: matrē eius venerabilem sedula deuocōne hono-  
 nozemus: et pias in omni tribulacōne adiutrices ambas  
 inueniemus. **E**cce angeli dei et omnes sancti annam ven-  
 nerantur et diligūt: et nos ab honore eius muti silemus.  
**N**obis non illis qui iam exultant in patria. sanctoꝝ in-  
 tercessionēs necessarie sunt: et ideo decet nos in eoꝝ ven-  
 neracōne semp esse deuotos. **N**os inquā qui adhuc uiui-  
 mus in carne et peregrinamur a dño: nos oportet illos  
 superne patrie ciues precipua deuotione colere: ut eorū  
 suffragijs adiuti ad gaudia que inhabitāt possimus pue-  
 nire. **I**nter omnes autē sanctos dei genitricem premine-  
 re credimus et annam venerabilem eius parentem: qua-  
 rum si deuoti cultores fuerimus: nulla aduersa nos nos-  
 cebunt.

**Quā beata mater anna potens**

sit apud deū deuote se inuo-  
 cantibus subuenire.

**Cap. 1.**

**A**ncta et beatissima dei parentis mater anna  
 cum sit in regno celorum dei filio ac genitrici  
 eius meritis et charitate q̄ proxima: non est  
 dubitandum quin potens sit nostris miserijs  
 impetrare auxiliū: si tamen deuotio mentis nostre in eā  
 sedulo feratur. **N**on potest nō esse piissima: que matrem  
 misericordie in suo utero portauit. **Q**uā pia. q̄ potens. q̄  
 prompta sit ad humanas miserias repellendas: tot pene  
 sunt testes: quot eius deuoti reperiuntur cultores.  
**P**otens enim est in palacio summi imperatoris: quam  
 deus supplicanti exaudit pro sua reuerentia: et quic-  
 quid postulauerit concedit sine mora. **I**lle de auctoꝝ

ritate et potentia eius dubitet: qui nescit eam genuisse re-  
ginam angelorū. **I**lle de pietate beatissime matris hesi-  
tet: qui saluatorem mundi de sanguine eius nobilissimo  
processisse ignorat. **P**otens est et deo quā proxima: pia est  
nostrisque necessitatibus inclinata. **C**redite mihi fratres quia  
certus sum. quod deus per eius merita multa hominibus ben-  
eficia solet concedere: ut memoriā eius in honore discant  
iugiter habere. **C**onfidenter itaque ad piā patronā accen-  
dite: sedulis eam precibus pulsate: quia potens est vo-  
bis impetrare veniam: potens est vos perducere ad eternā  
vitam. **N**ihil deest ei quod necessitatibus nostris potest  
proficere: nihil non habet quod nos potest iuuare: cui sem-  
per adest facultas ut possit: pietas ut velit. **N**ihil ergo  
dubitemus fratres: nihil hesitemus: quoniam nobis ad-  
runt certa suffragia: si non desit fides firma. **D**e quacūque  
tribulatione ad eā clamauerimus promptū inueniemus  
auxilium: si nomini eius deuotum impendamus officiū.  
**C**upitis scire fratres quid vobis prestare valeat hec san-  
ctissima mulier? **A**udite. **A**nna tristitiam fugat: carnis  
libidinem exterminat: paupertatē subleuat: infirmitates  
curat: aduersa mitigat: contraria sedat: vicia eliminat:  
virtutes plantat: ingenium illuminat: affectum purgat:  
crimina relaxat. **Q**uisquis igitur in bonis studiis fortu-  
nam habes contrariam: quisquis tempestatem huius pe-  
grinationis sentis aduersam: sanctam annam deuotis  
precibus inuoca: sedulis matrē oracionibus pulsa: et in-  
uenies consolacionis inopinate remedia. **I**pa enim est mise-  
ris tutum refugium: egris certum remedium: desolatis inde-  
ficiens solacium. **Q**uid dubitas eam accedere: que et po-  
tens et voluntaria est te iuuare? **N**ihil a te terrenum re-  
quiritur: non aurum. non argentum: sed cor tantum in deum  
et sanctam annam deuotione porrectum. **Q**uid ergo formidas?  
**Q**uid fluctuas? **C**rede mihi. non est tribulatio. non angustia  
non necessitas que ante preces anime possit subsistere. **Q**uicquid  
quod te grauat. quicquid molestat. quicquid bone voluntati aduersat.

refer ad annam: et p̄ gloria dei liberabit te. **I**mpossibile  
est eā non obtinere om̄e qđ voluerit. **R**ex celi nepos eius  
est: nō poterit quicq̄ dulcissime auie sue denegare. **D**ao  
ter dei filia eius est: nō frustra p̄ces ad deū fundere po-  
test. **T**ota celestis patrie curia annā diligit ut matrē ven-  
neratur ut dominā: si qđ a deo postulauerit: oim̄ sancto-  
rū p̄ces votiuē cōcurrent. **B**eatus homo qui annā cōtin-  
ua deuotione ac sedulis p̄cabus habuerit aduocatā.

## **Q**uā sancta mater anna ut pijs

lima aduocata in maximo a  
nobis honore sit habenda.

### **Cap. xi.**

**U**anto honore. quātaq̄ reuerētia beatissima  
anna sit a nobis honorāda. ex iam dictis suffi-  
cienter p̄pendimus: quādo in celesti patria ab  
ipso summo deo et om̄ibus sanctis. tantis et  
quidē ineffabilibus p̄conijs laudū honoratur. **N**ā si illi  
sup̄ne patrie ciues in summa iam trāquillitate cōstituti.  
eam ut dominā potentissimā venerātur et diligūt: quāto  
magis nos miseri in multis adhuc tribulacōnibus positi  
eam ut piā patronā inuocare et honorare oportet. **E**nī  
uero cū maxima reuerentia a nobis colenda est: p̄ cuius  
patrocinū om̄ia mūdi labentis mala securi possum⁹ eua-  
dere. **E**t vere dignis semper venerāda laudibus mater:  
que redempcōnis nostre ortum: suo clausum sub pectore  
portauit. **V**erito inquā honorāda est: que nobis dei ge-  
nitricē sine macula peperit: p̄ quā dei filius mūdo salua-  
tor aduenit. **S**icut ergo beatissimā dei parentē venera-  
mur et colimus q̄ nobis redemptorē virgo immaculata  
peperit: ita et annā honorare nos decet. q̄ matrē nobis  
saluatoris sine culpa effudit. **N**isi matrē haberem⁹: unde  
filia puenisset? **N**emo dubitet: nemo fluctuet: nemo cogi-  
tacōnibus iniquis estuet: quia nisi anna fuisset sanctissi-  
ma: in matrē genitricis dei nō fuisset electa. **D**ecebat autē  
eam que dei matrē erat paritura omni sanctitate fulgere  
decoratā: quia genitrix nō cuiuslibet virgini⁹ erat futura:

sed illius qua inter creaturas dei puras humanas pu-  
rior sanctiorve nulla potuisset inueniri. **E**rat ergo beatissi-  
sima anna ad hoc officium digna ex dei dono: erat digna  
ex vite merito: erat etiam digna ex legis testimonio. **D**igna  
inquam fuit dei genitricem parere: que deum super omnia nouerat  
amare: que legem eius sine offensione didicerat custodi-  
re. **N**on fuit sanctior illa in israel: que tantis a deo crea-  
datur honorata muneribus. **C**ocepit sterilis de semine:  
sed absque macula seminis. **C**ocepit inquam sine macula cul-  
pe et peperit: anna maria: deuota sanctissimam: beata dei  
genitricem. **Q**uis diligit regem: et non honorat eius paren-  
tem? **Q**uis diligit mariam: et non veneratur annam? **C**essent  
argumenta vanitatis: procul abscedant verba excusatio-  
nis: dei filium minus amare conuincitur: qui sanctam annam  
non veneratur. **E**rubescat homo corde induratus. et res  
probis circa pietatem: qui se dicit matrem dei diligere: et  
eius genitricem annam conuincitur non amare. **S**tulta et pidi-  
ta presumptio: ut de filie patrocinio sumat fiduciam: qui ho-  
norare contemnit eius venerabilem genitricem. **Q**ui enim ma-  
trē habet insensam: neque filiam poterit inuenire placatam.  
**F**ilia enim diligit matrem: annamque totius celestis curie exerci-  
tus veneratur. **S**i annam aduocatam quis habuerit: omnes  
in celo sanctos patronos habebit. **D**iligamus ergo ma-  
trē fratres charissimi: que nos potest introducere ad con-  
spectum dei. **D**eo enim et grata et proxima est.

## **D**e festo et commemoratione san-

ctissime matris anne a nobis semper  
in honore habendis.

**Cap. xii**

**E**nim si annam felicissimam dei genitricis paren-  
tem diligimus: si eam honore condigno pro-  
sequi volumus: oportet ut festum eius honora-  
bile quod est septimo kalendas augusti annua de-  
notione celebremus. **N**eque hoc nobis pro deuotione nostra  
credamus sufficere: nisi commemorationem eius tanquam pa-  
trone singularissime. sepius curemus frequentare. **Q**ui

aduersarius nobis nouitatē huius festi falso voluerit obij  
cere: respondeamus. **F**esta noua nequaquā introducimus:  
sed antiqua renouamus. **E**t de hoc satis me in superio  
ribus credo disputasse: quibus satisfactū deuotis anne  
cultoribus nō dubito. Porro curiosis et elatis velle satis  
facere supfluum est: quippe quos pietas nō mouet: deo  
uotio nō excitat: charitas nō inflāmat. **C**redāt itaq; bea  
te anne deuoti cultores, et absq; vlla hesitacōne teneant:  
festū eius antiquū esse, et a veteribus cū maxima reueren  
tia celebrari cōsuetum: sicut decuit sanctissimā dei paren  
tis genitricē. Nam in iudea et regionibus transmarinis  
a fidelibus christianis cōmemoratio eius erat celeberrī  
ma: quousq; tandē p̄occupata ab infidelibus terra lon  
go tempore fuit inibi neglecta. **I**n europe autē regionib;  
bus festū eius nō erat ita celebre: p̄pterea q̄ multi ex his  
ad fidē tardi⁹ puenerūt. **C**ertis tñ in locis europe solēnis  
anne semp fuit memoria: que p̄ fideles de palestina veni  
entes fuerat instituta. **P**robant hoc in diuersis ecclesijs  
in honorē eius antiquitus erecta altaria: probāt etiā hoc  
vetustissima oratoria: et diuersa patrū de laudib; anne  
sintagmata. **S**ed q̄d antiquitatē huius festi conamur de  
fendere: quā nemo bonus et deuotus volet impugnare:  
**C**ontra rabulos nō est nobis in p̄sentiarum disputare:  
quos ad cultū sanctissime anne nunq; poterimus verbis  
psuadere. **S**ive ergo noua ab his cōmemoratio tāta est  
mēt: siue antiqua parū refert: illd tantū nobis elaboran  
dū est: ut a fidelibus ⁊ deuotis christianis cū omī reue  
rentia celebret. **N**ā si festa alioꝝ sanctoꝝ christi ānua de  
uocōne p̄colimus: quare festū anne deo dilectissime non  
celebremus? **N**eꝛ enim ceteris sanctis meritis et gloria  
inferior est: que tante dignitatis adhuc mortalis extitit:  
ut matrē eius pareret, qui immortalis sp̄ in celo viuūt. **E**t  
sicut de specialissimis patronis nr̄is quotidie cōmemo  
rationē aliquā facim⁹: ita quoq; de scā āna quēadmodū  
deuotio recta suggererit omī die laudis aliqd deo offerat  
mus. **E**t si deuoti cultores ad honorē ei⁹ sp̄ debeāt esse pati



tamen in natali eius p̄cipue debent esse solliciti: quando  
cōmemoratio eius nō solū in terris agitur: sed etiā in cen-  
lis votiuīs laudibus sanctorū honoratur. Deuotioni etiā  
cōgruit et decet pietatē: ut sicut dies sabbati ad honorē  
sanctissime dei genitricis a clero et populo missis et oran-  
cōnibus colitur: ita cōmemoratio matris eius ad min⁹  
in hebdomada semel celebret̄. **R**ei siquidē familiaris sol-  
licitudine a deuotione cito distrahimur: ad quā necesse  
est ut uel semel in hebdomada reparemur: ne si honorē  
venerabilis anne diutius differimus: eius patrociniū te-  
pidi amittamus. **A**d hāc memoriā hebdomadatim cele-  
brandā terciā feria satis videtur cōgrua: in qua et nata  
fuisse legitur et mortua. Deniq; in multis locis cōsuetudo  
laudabilis obtinuit: ut nō minori reuerentia in cōmemo-  
rationē sancte anne terciā feria celebret̄: q̄ sabbati dies  
in memoria dei genitricis in ecclesia fidelū agitur. **V**idi-  
mus em̄ apud sicambros et grunes terciā feria sp̄ in hon-  
norē beate anne missas decantari: luminaria accendi:  
oblacōnes fieri: paupes vberius recreari. **F**louimus etiā  
apud illos quosdā beate anne deuotos cultores q̄ ob ho-  
norē iesu. marie. et anne om̄i feria terciā tres in eius alta-  
ri incendebāt candelas: tres speciales faciebant elemosy-  
nas: totidemq; venias accipiebāt sue disciplinas. **D**igni-  
tatem autē duxit ista cōsuetudo ex miraculo sancte anne  
q̄ contigit in pannonia: vbi iuuenem desolatū atq; pau-  
perimū ad magnos honores diuiciasq; promouit. **S**i  
quis huius rei noticiā habere desiderat: dictū miraculū  
legat: q̄ inter cultores beate anne adeo nūc vulgatū est  
vt neminē latere possit. **N**eq; solū in terciā feria. sed om̄i  
die quantum vnus cuiusq; requirit deuotio hec ita fieri a  
multis agnouimus. **S**acerdotes ergo dñi qui cupiunt  
sanctissime matris anne deuoti cultores existere: p̄ eius  
cōmemoratione ad minus semel studeāt in hebdomada  
deuote celebrare. **Q**uicūq; eā sibi deuotionē in cōsuetud-  
nem assumpserit: credimus op̄iam aduocatā in om̄i ne-  
cessitate annam habebit. **N**ullus itaq; a laude tante pa-

trone sileat: nullus a deuotione in eā torpeat: nullus cō-  
 memoratiōe eius intermittat. **A**nna etenim gratia: siue  
 donatio interpretatur. **N**omen tate parenti cōueniens: qđ  
 nō casu nascenti credimus impositū: sed a deo pordina-  
 tum. **R**ecte namq; inter- **G**ratia: que matrem gratie  
 fuit paritura. **R**ecte **G**ratia: cuius intercessiōe gratia  
 dei fidelibus impetratur. **I**nterpretatur etiā donās siue do-  
 natio: qz eos quos in sui honore deuotos reperit: mul-  
 tis gracie donis locupletes facit. **R**ecte donatio: p quā  
 peccatorū donatur remissio. **Q**uicūq; ergo pondere pecc-  
 atorū premitur: quicūq; tentationum iaculis pulsatur:  
 ad sinū matris anne fidenter confugiat: pces et munera  
 deuocōnis offerat: et nil erit qđ contra eū in malū puas-  
 leat. **A**nna em̄ gratia dicitur: secundū nomen suū possu-  
 lanti gratiā impetrare nō desinit: si deuotā fidē inuenerit.  
**O**mnes itaq; fideles festa sanctissime matris colite: in ei⁹  
 cōmemoratiōe exultate: sedulas quoq; pces ad eā fun-  
 dite: quia potens est vos ab omni tribulacōne liberare.  
**J**ubilate dño deo nostro om̄es qui sanctā annam diligi-  
 tis: laudate nomen dñi om̄es fideles populi: qui matrē  
 dei genitricis et virginis amatis. **A**nnam vobis in pa-  
 tronā assumite: eamq; deuotis oracōnibus honorate: et  
 fidelem semp aduocatā inuenietis.

## **Quibus exercitijs et deuotioni**

bus beatissimā matrē annam  
 debeamus honorare.

### **Cap. xiiij.**

**T**antum beatissima mater anna suis meritis  
 apud om̄ipotentē deū valeat audiuimus: quā-  
 to honore digna sit scimus: restat nūc ut quē  
 admodū a nobis honorāda sit breuiter dica-  
 mus. **E**t quāuis ppter varietatē deuocōnis de modo ve-  
 nerationis nō possit a nobis poni regula generalis: co-  
 habimur tamen quantū possumus psuadere om̄ibus: ut  
 nullus a tante matris laude p ignorantā se possit excu-  
 sare. **E**t quidē in primis vnicuiq; modū laudādi deuotio-

constituet: que quāto maior fuerit: tanto modus vtilior  
erit. Quēadmodū ceteros solemus venerari sanctos di-  
uersis ceremonijs: istā quoq; sed copiosius honoremus.  
**H**abes modū: applica desiderū. **S**i forte breuis nimirū  
tibi videor: latiorē accipe modū. **R**eges. principes. et eccle-  
siarū pontifices. si beatā annā honorare cupiūt: in eius  
memoriā capellas et oratoria erigāt: p̄bendas instituāt:  
cenobia fundāt. **O**racōnes quoq; ad eā sedulas faciant:  
memoriā celebrent: paupes et egenos ob eius reuerentiā  
pascant. **Q**uo studio sanctos venerātur ceteros sibi specia-  
les: nō inferiori diuam matrē annā sed abundantiori no-  
uerint honorandā. **I**pi quoq; fidelium p̄sules eundē vene-  
racōnis modū habeāt: atq; festū sanctissime matris anne  
in suis diocesibus celebrari ab omnibus instituāt. **I**ndul-  
gentias ad anne cultū fidelibus conferant: fraternitates  
ad eius honorē cōfirmant: orationū libamina eius nomi-  
ni impendāt. **A**bbates quoq; et ceteri monachorū rector-  
es in suis cenobijs memoriā anne deuote celebrent: ca-  
pellas et altaria cōstruant: cōtinuas ad eā oracōnes fun-  
dant. **C**eterarū item religionū duces. et fratres idem pro-  
posse faciāt: et a cultu tante matris nullo vnq; tēpore ten-  
pescant. **V**os autē o carmelitici ordinis p̄fessores. qui ti-  
tulo beatissime dei genitricis et virginis marie antiquissi-  
mo priuilegio specialiter estis insigniti: vos oportet annā  
sanctissimam singulari deuocōne venerari et amplecti: de  
cuius filia venerabiles estis nūcupati. **C**auete ergo ne in  
cultu matris vnq; sitis tepidi: qui ab eius filia tanti ho-  
noris nomen estis cōsequuti. **C**eteri quoq; omnes in so-  
rem dñi electi. ad honorem sanctissime matris genitricis  
dei animos v̄ros extendite: quicquid ei poteritis laudis  
impendite: et vobis subiectos ut idem faciāt p̄ posse in-  
struite. **V**os etiā o viri l̄raz erudicōne insignes: quibus  
abundat vena lucubrandi. diue matri anne vestra dicite  
ingenia: ad honorem eius versu ludite et quantū valetis  
etiā prosa collaudate. **S**impliciores vero quibus tardio-  
res sunt ingenia neq; ad lucubrandū satis apta: rescri-

bant cū deuocōne que ab alijs sunt edita: legāt crebrius  
et pro alioꝝ quoꝝ edificatione sancte matris affigāt alio  
taribus. **L**egant oracōnes eius honori cōgruas: legant  
debitas laudes: legant hymnos carmina et profas. **N**ul  
lus a laudibus anne vacet: nullus sileat: nullus tepescat.  
**O**mnes gentes christi sanguine redempte memoriā anne  
celebrent: de cuius meritis spes nobis magna salutis pro  
mittitur. **S**ed ne deuotis anne cultoribus desit orandi  
materia: breuem sub eius honore orationē instar angelic  
e salutacōnis ante annos tres fecimus: que a multis nūc  
et habetur et legitur. **S**atis autē nobis videtur cōueniēs  
ut sicut in rosario dei genitricis quinque oracōnes domin  
icas ⁊ quinquaginta salutacōnes angelicas psoluimus:  
ita quoꝝ ad honorē sancte anne faciamus: sic tamen ut  
loco aue maria dicatur oratio nostra que sequitur. **¶ Domino.**

**¶** De dei genitricis mater venerabilis anna: sancte  
trinitati gratissima: pre cūctis mulieribus honor  
rata: benedicta tu a domino: et benedicta proles vteri tui:  
prolique virgineus natus. iesus christus. **A**men.

**¶** Hanc orationē multi ad honorē sancte anne loco salu  
tationis angelicę in rosario constituūt: eo quod et breuis  
sit et nequaquam inutilis. **S**i cui vero ad rosariū sancte anne  
nostra oratio nō placuerit: legat salutationē ut est moris  
angelicę: et in fine postquam dixerit iesus christus semper ad  
dat hanc clausulam. **E**t benedicta sit honestissima man  
ter tua sancta anna: ex qua sine macula caro tua percepit  
virginea. **A**men. **¶** Hanc vero clausulam sancta dei  
genitrix cuidam sibi deuoto incluso dicitur reuelasse. **S**i  
cui nec ista placet: faciat pro sua deuocōne orationē aliā  
beatissime matris anne honoribus cōgruam. prout men  
lius potuerit. **S**ūt et alia sancte exercitacōnis plura stu  
dia: que in vniuscuiusque arbitrio et deuocōne sunt posita.  
**S**emper mens deuota inueniet: quo sanctissimā annā debi  
tis laudibus honoret. **I**n ieiunijs ⁊ lachrymis: in elemosy  
nis ⁊ oronibus: in venijs ⁊ disciplinis: in carmie et liberibus:

a nobis est honoranda felicissima mater. Sed offendit non mediocriter quod nullam de sancta matre anna congruentem inuenimus historiam: que honori et festo eius per omnia conueniat. Clara enim est et non satis (ut multis videtur) elegans historia que a multis diuersimode iam in usu habetur: transeo quod tantis meritis minus digna: et in plerisque locis videatur apocryfa. Neque una tantum sed plures inueniuntur: prout unicuique visum est addentibus que minus sunt a probata. Quid dicam de missae officio quod simili varietate in multis confusum cernimus. Cantatur a plerisque officium quod quidam deuotarius mutatis sensibus uerborum sed manente melodia de officio beate marie sabba- tino elicit: quod deuotioni minus videtur conducere: dum auditores melodie similitudine decepti non de sancta anna sed de dei genitrice putant celebrari. Si placet materia: mutetur saltem melodia. Possent tamen hec omnia facile emendari: si alicuius pontificis auctoritas interueniret: qua freti eruditi in his uirtu historiam et officium sensu et melodia regulatum et scripturis approbatum componerent.

### **Quod beatissima mater anna**

suos cultores multipliciter in hac uita pariter et in futura remunerat.

**Cap. xliii**

Crebra miraculorum exhibitio reuerentiam sanctorum meretur: beata anna maximo honore dignissima est: que deuotis suis cultoribus tot ac tanta beneficia quotidie impendit: ut nemo sit qui omnia possit enarrare. Scimus equidem multa et noua et antiqua sancte anne miracula: sed non est nostri propositi his iam animum intendere: que in dubium a multis agnouimus uocari: non quod falsitatis aliquid in se contineant sed quod moderni homines qui sibi docti videntur plerique miraculis non credant sed detrahant. Nolimus ergo dare occasionem detrahendi: neque in suspensionem presentem exponere tractatum: ne dicerent non recta nos scribere sed apocryfa. Nemo enim intelligit. nemo credit. nemo capit quanta

deus amatoribus sancte anne quotidie beneficia cōferat  
nisi quem deuota experientia informat. **S**cimus autem  
p̄ inuocationē sancte anne multos viros potentes erudio  
tos nobiles et ignobiles. virgines et mulieres. iuuenes et  
senes. a maximis tribulacōibus sepe liberatos: a periculis  
ereptos: in necessitatibz mirabiliter adiutos. **P**ul  
tos etiā vtriusq; sexus homines religiosos et seculares a  
grauissimis tentacōibus carnis et spiritus meritis anne  
multotiens comperimus liberatos: alios in egestate  
et paupertate constitutos: per anne suffragia inopinate  
abunde prouisos: alios de graui calamitate esse curatos  
**Q**uis enumeret quanti a p̄uiciosa mentis tristitia et melancholia  
pysime matris anne adiutorio sanati sint?  
**Q**uanti quoq; inter aduersa securi: inter hostes et latrones  
impauidi: inter maris pericula tuti euaserūt. **A**nna  
mater sanctissima multos sibi deuotos a diuersis tenta  
cōibus consuevit eripere: a pestilentie contagione libe  
rare: a varijs quoq; infirmitatibus curare. **Q**uis enar  
ret quantos a pessima desperatione ad spem misericor  
die reduxerit: quantos a durissima peccati consuetudine  
ad penitentie semitas reuocauit: quantos in religione et  
extra tepide cōuersantes igne diuini amoris inflāmauit.  
**E**ius meritis et suffragijs in partu mulieres a periculis  
alioquin vicine mortis liberate sunt: multi etiā a sentētia  
p̄perue dānationis sicut legim⁹ erepti. **D**eniq; nōnullos  
cultores suos ab infamie opprobrio custodiuisse dicuntur:  
alios a desperata egritudine: nōnullos a vinculis et car  
ceribus: quosdā etiā a mortis imminentis periculis libe  
rasse memorat. **L**egimus etiā meritis eius ad vitā nōnul  
los de morte reuocatos: alios in mortis articulo p̄ eā de  
mētissime uisitados: et anteq; relinquerent mundū factos  
iā de celo securos. **S**epe etiā obtusa quorūdā ingenia illu  
minasse dicat: ut qui sine erudicōne prius despecti fuerāt:  
m̄ltis postea fierēt in admirationē. **O**ratores quoq; in di  
cēdo sepe lapsos intātū inuocata roborasse d̄r: ut nō solū  
p̄stātes: sed etiā inuenirēt se factos in porando p̄uiores  
D. iij.

Amiffa deniq; p ane inuocationē legimus mirabiliter  
efse inuenta. Sed quid nitor in immenſum? Nā ſi mihi  
ferrea vox eſſet lingueq; centū: nō omnia ane beneficia  
pcurrere poſſem: quibus ſuis cōſueuit ſubuenire cultorū  
bus. Tot vero eius inueniūtur beneficia: quot humane  
vite extant incōmoda. De quacūq; tribulacōne cū deu  
tione ad eā quis clamauerit: potens eſt impetrare auxi  
lium. Flammās carnalis cōcupiſcentie extinguit: pernī  
cioſam mentis triſticiam in gaudium ſalutare conuertit:  
vite neceſſaria tribuit: bonā et pulchram famā cuſtodit.  
Mulieres periclitantes in partu liberat: dolores miti  
gat: demones fugat. In tribulacōne laborantibus inuo  
cata ſubuenit: peregrinantes ad patriā reducit: claman  
tes ad ſe miſeros exaudit. Omnia dare nouit. que chriſtia  
num hominē petere licet: tantū ſi deuota fides cōmendat  
orantem. De omnibus vero que in genere commemo  
rādo duntaxat perſtrinximus: exempla ſpecialiter facta  
in promptu habemus: quibus non incerta ſcribere: ſed  
facta in veritate poſſemus enarrare. Verum nō eſt noſtri  
pro poſiti hitoriam texere: ſed laudes diue matris ane  
quanta poterimus ſimplicitate declarare. Neq; em̄ ppter  
miracula colendam dixerim: ſed in deum pietatem. Tot  
ac tanta de beata matre anna mihi innotuere miracula:  
ut ſi omnia vellem ſcribere: cogerer hunc tractatū nimū  
ampliare. Omnū miraculoꝝ maximū eſt: ſi meritis eius  
compunctiōne veniantq; peccatorū noſtroꝝ mereamur  
accipere: ſi malam cōſuetudinem vincere: ſi ad eteruā vi  
tam puenire. In hūc finē nobis et nō alium colenda eſt.

**De fraternitate beatiffime ma**  
tris ane q̄s utilis et neceſſaria ſit  
maxime noſtris temporibus.

**Cap. xv.**

Uia nouiſſimis hīs diebus refrigeſcente cha  
ritate multoꝝ abundat iniquitas: neceſſariū  
nobis valde eſt fratres mei: ut ſicut pene quo  
tidie peccando labimur: ſic quoq; per crebra

sancte exercitacionis studia in bona voluntate omni die re-  
nouemur. Nulla enim tam sancta unquam fuit institutio mor-  
ribus humanis: que cum tempore a primitiuo seruire non tepue-  
rit. Sic omnes religionum ordines successu temporis defici-  
entes a prima sui institutione recesserunt: qui nisi man-  
torum industria, ad semitas vite regularis sepius fuerint  
reformati: semper in deformitate sua permanerent. In chris-  
tianiis quoque simile agitur: quod hodie a primitiua fidei in-  
stitutione longe defecisse inueniuntur. Ubi enim nunc pristina  
nra fidei seruior? Ubi deuotio populi? Ubi sancta  
conuersatio sacerdotum? Refriguit charitas: et omnia reli-  
gionis studia pariter cum illa ex hominibus ut plurimum perie-  
runt. Quis credat quantum christiane fidei mali mores iactu-  
ram intulerint. Ecce deo propter scelera hominum permittente,  
infideles sarraceni, thurci, tarrari ceterisque catholice fidei  
hostes, asiam, affricam, greciam, hellespontum, magnam euro-  
pe partem trucidatis christianis in suam potestatem redigerunt,  
adeo ut vicesima pars orbis qui olim fuit hodie non sit  
christiana. Et reuera nisi omnipotentis dei miseratio reli-  
quas in europa dimissas conseruet: breui de christiano  
nomine factum erit. Cum ergo nostris peccatis pregraua-  
ti non simus dei misericordiam impetrare sufficientes: san-  
ctorum suffragia sedulis orationibus nobis imploranda  
sunt: ut eorum meritis placatus internus arbiter veniam no-  
bis et pacem concedat quam non meremur. Et ne deuoti-  
o ex tempore ut moris est deficiat: magna cura elaboran-  
dum est: quatenus mutua cohortatione fratrum perseueran-  
tiam consequatur. Hinc mos in dei ecclesia laudabilis  
inoleuit, ut fideles congregationes in honore quorundam  
sanctorum instituant: quas pro augenda deuotione frater-  
nitates vocant. Sic faciunt milites ad honorem sancti geor-  
gii: sebastiani martiris sagittarii: iacobi apostoli ex gal-  
cia peregrini. Hinc ergo si istas similesque sanctorum fraterni-  
tates ad impetrandam dei misericordiam populo credimus  
vtilis: que in memoriam beatissime dei genitricis et anne  
sanctissime matris eius instituuntur incomparabiliter confi-



diuus meliores. **Q**uanto enim dei mater cum sua venerabili genitrice meritis et sanctitate reliquos in celo sanctos precellit: tanto fraternitas nomini eius dicata locum retinet eminentiorem. **U**nde pia deuotione moti fideles. ut eam promptam apud deum aduocatam mererentur habere sub nomine rosarii ad honorem eius fraternitatem instituerunt: que iam per diuersas mundi regiones adeo vulgata est: ut nulla pene sit puincia in qua non plures habeant. **C**onsiderantes autem deuoti beatissime anne cultores quod ex his fraternitatibus deuotio fidelium multum possit proficere: exemplo rosarii laudabilem congregationem ad honorem sancte matris anne cogitauerunt erigere: quatenus nomen et laudes tante patronae ad multorum noticiam valeant peruenire. **C**epit itaque hec sancta fraternitas in osnaburgensi diocesi: et per Conradum dicte ecclesie pontificem ante hoc ferme decennium sub fridrico tercio confirmata. miraculisque ut fertur comprobata. valde multiplicata est. **D**einde rumoldus de laupach prior conuentus carmelitarum franckfordeum. maximus diuine matris anne cultor et amator ad instantiam quorundam notabilium institutorum eandem fraternitatem in predicto suo conuentu instituit: quam bertholdus de hennenberg ecclesie maguntine reuerendissimus archiepiscopus confirmauit: summusque pontifex innocentius octauus anno pontificatus sui octauo eandem apostolica auctoritate approbavit. **E**t quidem digna institutio: ut fratres carmelite qui titulo beatissime dei genitricis specialiter sunt insignes: in matris quoque laudibus existant promptiores. **M**agnus hodie et copiosus personarum numerus utriusque sexus in hac fraternitate est: quod mira et multa per honorem sancte anne quotidie faciunt et impendunt. **S**ed et in diuersis locis hec eadem veneranda fraternitas a fidelibus erigitur: et congrua deuotione celebratur. **I**nueniuntur tamen huius honorande fraternitatis sicut ab initio omnes boni detractores: quod eam impudenter lacerant: perditam presumptione impugnant. **Q**uid vobis in hac fraternitate sanctissima displicet: o prophani detractores? **Q**uid contra eam habetis? **P**roferte ut audiamus. **D**icitis.

Supsticiose sunt iste fraternitates: quoniã fidẽ catholicã  
cam infirmã reddũt: debitũ deo cultum subtrahũt: obe  
dientiã ecclesiarum parrochialiũ contemnũt. **I**nsup ( in  
quiũt ) oblationes consuetas ac debitas suis sacerdoti  
bus negãt: monachis ⁊ fraternitatibus suis copiosa mu  
nera offerũt: et ecclesias suas matrices vacuas et ruinosa  
derelinquũt. **H**ec sunt capita partis aduerse: crimina  
accusacõnis inique: obiecta detractionis scelerate. **H**is  
per ordinẽ nos breuiter respondemus. **F**raternitas ista  
beatissime matris anne. nõ est supsticiosa ( sicut vos dicitis  
tis o impij calũniatores ) sed est vera. sed recta. sed sancta:  
in qua dei cultus non minuitur sed augetur: obedientia  
non spernitur sed cõmendatur. **F**ides etiã catholica non  
infirmatur p sanctã fraternitatẽ istã sicut vos putatis sed  
renouatur et defenditur: dñi p sancte charitatis exercicia  
ut formata sit illustratur. **Q**uod vero parrochiales eccle  
sias desertas gemitis: vris est nõ mediocriter imputan  
dum delictis: qui lac et lanam de ouibus dñi exigitis:  
ip̄as tamen oues non pascitis ut oportuerat in prunis.  
neq; custoditis. **Q**uid vobis oblacõnes negari fingitis:  
qui multis diuicijs abundatis? **O**mnium pastor pastorũ  
vicarius christi est: si fideles voluerit esse in audiendis  
missis liberos: nõ est qui valeat eum phibere. **V**os mon  
achorum priuilegia non omnia vidistis: neq; videbitis.  
**Q**uis nesciat q̄ pro marsupijs vris bellũ contra sanctas  
fraternitates geritis: et monachos nõ amore dei. sed au  
ri laceratis. **E**cce summus pontifex fraternitatẽ istã con  
firmavit. ecce magũtinus archiep̄us bertholdus quo nõ  
est prestancior alter eam auctoritate ordinaria approba  
uit: et vos insipientes adhuc murmuratis? **C**essate obse  
cro cessate ab hac stulticia: et nolite rep̄bendere: qd̄ tan  
tos pontifices cognoscitis a probasse. **C**redite mihi nõ  
est bonũ cõtra sanctos dei linguã extendere: nõ est bonũ  
tantoꝝ hominũ deuotionẽ erga sanctã annã velle phibe  
re. **C**onfusioni maxime appropriat: q̄ os suũ cõtra sanctã  
annã laxat. **S**i verbis meis nõ creditis: obseruate eos

qui tales sunt et vera me dixisse experientia cognoscetis.  
**T**emerariū est reprehendere bonum: quod ad salutē multis  
cernitur puenire. **M**ulta ex huius felicissime fraternita-  
tis celebracōne bona deuotis hominibus pueniūt: quibus  
ab ea extranei ut plurimū vacui existūt. **A**d charitan-  
tem quoq; dei et proximi cultores suos allicit: fraterne  
dilectionis concordia facit: a vicijs et peccatis reuocat:  
ad superne felicitatis amorē desiderii inflāmat. **T**raſeo  
quot misse. quot oracōnes. quot elemosyne. quot sancta  
opera in hac fraternitate quotidie fiūt: que alioquin pen-  
nitus intermitterentur. **U**tinā omnipotens omnium christia-  
noꝝ corda ad similia deuocōnis exercicia illuminet: vti  
nam ad hanc fraternitatē rite colendā omnium mentes in-  
flāmet: quāta deuotio. quāta pax. quātaq; in ecclesia ca-  
tholica cōcordia redundare possit. **E**niūero si omnes in  
hanc fraternitatē cōcurrerent: fieri posset ut amore sancte  
matris anne a mutuis iniurijs desisterent: et in obseruā-  
tia mandatoꝝ dei alacriores redderentur. **V**era etenim  
fraternitas: fraternum colit: et nutrit amorē: nec deuotio  
patitur esse dissimiles: quos obseruātia tante cōgre-  
gacōnis in amore sanctissime ane fecerit cōcordes. **D**es  
det ut hec sancta fraternitas p totum christianū orbem  
diffusa celebret: ut oēs fideles in amore diue anne rapiā-  
tur. et dūse in vnitāte sacta pueniūt: a bellis et cōtumelijs  
mutuis ob tante patrone reuerentiā quiescāt. **U**tilis pla-  
ne ac semp honoranda fraternitas: que fidem operibus  
format: spem erigit: charitatē excitat: deuotionē inflam-  
mat. **P**er eam nāq; torpor a mentibus fidelium excutitur:  
et seruos sancte nouitatis inspiratur. **Q**ui hanc oppugnat.  
insanit: qui contra eā loquitur. dementi dementior est: qui  
illam destruere nititur. saluti inuidet christiane. **M**ulta  
quidem pro laude huius sanctissime fraternitatis adhuc  
dicenda fuerant: nisi me reifamiliaris occupatio sibi ven-  
dicasset. **Q**ue autē in aduersarios eius a me dicta sunt:  
non inuehendi animo sed corrigendi emendandiq; inten-  
tione sunt prolata. **C**onfido tamen paucos esse. q se cona-

tra sanctā matrē et eius fraternitatē opponant.

## Conclusio huius operis et excu

satio insufficientie auctoris cū  
exhortacōne fraternitatis.

Cap. xvi.

Uamuis plura de laudibus sanctissime matris anne proposuerim a principio describere tamen abhinc iam mihi placuit cessare: ne si tractatū in immensum extenderem: deuotio nē lectoris nimia prolixitate suffocarem. **O**portet em̄ eos qui alijs cupiūt psuadere breues sermone inueniri: et sententiarū maiestate copiosos. **A** primo nequaquā me confido deuiasse: quid vero in secūdo pegerim: iudicabūt hi qui nostrā qualēcunq; lucubrationē lecturi sunt. **S**atis feci promissioni mee: satis quoq; feci amicis: sed neq; deuotioni mee: neq; dignitati materie satisfactū est. **P**lus volui q̄ potui: et minus feci q̄ volui. **D**eniq; quis annā beatissime dei genitricis parentē: dignis laudibus venerari sufficiat? **F**ateor itaq; de sanctissima matre me loqui indignū: qui sum homo peccator et delictis inuolutus a iuuentute mea. **N**eq; tamē tacere a laude eius potui: quia mihi necessitas incūbebat: et vehementer precibus amicorū vallata vrgebat deuotio. **E**t posteaq; hucusq; ventum est: excellentia materie impatientem caloris estatis oppressit me ut amodo silencio honorare debeam quā laudare non sufficio. **Q**uecūq; autem in hoc opere a me dicta et scripta sunt. sancte romane ecclesie atq; omnibus catholicis eruditis viris subijcio: a quorū diffinitione nūq; dissentire intendo. **Q**uicquid sacrosancta romana ecclesia credendū determinat: mihi fides firmissima erit. **P**ostremo sermonē ad vos cōuertimus amici. cultores. fratres et sorores sanctissime matris anne rogantes ut ea q̄ ad laudē tate mris a nobis ex magna deuocōe scripta sunt. in bonā partem accipientes: sanctā patronā deuotis orōnib; pulsetis: q̄tenus nobis solita pietate subueniat: culpas abluat: virtutes impetret: vitā eternā obtineat.

**E**xhortamur etiã ut in amore et fraternitate sanctissime  
matris p̄seuerare curetis: cōtinuis eam laudibus hono-  
rantes: quatenus meritis eius culpis absoluti hic tran-  
quillam et post hanc vitã agatis eternã.

**E**xplicit liber dñi iohannis tritemij abbatis span-  
hemensis ordinis diui patris benedicti de laudi-  
bus sancte anne.

## Joannis tritemij abbatís

spanhemensis **T**etrastichon de sanctissima ma-  
tre anna.

Virginis almiſice mater venerabilis anna  
Excellens meritis. et pietate potens.  
Nemo triftis abit qui te colit et veneratur.  
Fers cunctis placidã qui ppe salutis opem.

**D**iftichon eiuſdem quod poſuit  
ad imaginem ſancte anne.

Quisquis in aduerſis ſanctã pulſauerit annam  
Deuotis precibus. is bene tutus erit.

**C**onradi celtis protucij. poete laureati  
**T**etrastichon de ſancta anna.

Nullius anna preces vnq̃ dimiſit inanes.  
Sed tulit optatam candida ſemp epem.  
Ergo piam matrẽ multo cumulemus honore.  
Nullius vacuas que ſinit eſſe preces.

**T**heoderici greſemundi iunioris maguntſi  
**T**etrastichon ad ſanctã annam.

Virginis anna parens ſalueto fauſta marie  
Ordini noſtre digna ſalutis opus.  
Que p te cepta eſt humana redemptio queſo  
Continues; precibus crimina noſtra tegens.

**R**odulphi langij Canonici monaſterienſis.  
**D**iftichon de ſancta anna.

Dagna parens audi fecunde virginis anna  
Pregnantes vtero que tibi vota ferunt.

**I**udoci badij gaudensis Tetraſtichon de  
ſancta anna.

**A**nna decus mūdi. mater genitricis ieſu  
Pro nate meritis det tuus aſtra nepos.  
Primitias noſtre pariens ſancta anna ſalutis.  
Nos cum prole tua cūq; nepote iuua.

**R**odulphus aꝑricola in ſuo de ſancta anna  
carmine inter alia ſic.

**A**nna parens ſumme genitricis venerāda parentis  
Que pandis populis prima ſalutis iter.  
Te cūcti fugiūt morbi. pallorq; dolorq;  
Floria queq; animo. corpore queq; ſedent.  
Quicquid id eſt hominū qđ curas cordaq; laſſat  
Te fugit. ut ventos nubila pulſa ſolent.

**R**utgerus venrai Canonicus regularis bey  
nenſis ad imaginem ſancte anne.

**H**ic profunde preces deuote poplite flexo  
Anna parens vbi cum prole beata ſedet.  
Ne dubita capies quicquid rogaueris ipſam.  
Nanq; potens precibus iugiter anna nitet.

**E**iufdem diſtichon de ſancta anna.

**A**nna parens ieſu chriſti genitricis aueto  
A nobis petimus omne repelle nephas.

**I**udoci beiffellij patricij aquenſis roſariū de ſancta anna  
Ad r. p. dñm ioannem tritemium abbatem ſpanhemera  
ſeni ordinis diui patris benedicti.

Quisquis hoc rosariū ad honorē beatissime matris anne  
p deuocōne legere voluerit: p̄mittat orationē dñicā cum  
salutacōne sancte anne. quā semp post duos psus repetat  
que quidē salutatio est ut sequitur. **Aue** dei genitricis  
mater venerabilis anne: sancte trinitati gratissima: pre  
cūctis mulieribus honorata: benedicta tu a dño: et ben  
nedicta p̄les vteri tui: p̄lisqz v̄gineus natus iesus christus

**Pater noster. Aue dei.**

**Amen.**

Anna tuas liceat misero mihi promere laudes.

Nam tibi si pateris ferta rosasqz feram.

**Aue.**

Anna nites regū iude veneranda propago

Atqz etiā ioachim cōiuge clara pio.

**Aue.**

Anna diu steriles fleuisti in cōiuge amores

Unica nuptiarū gloria. et vnus honor

**Aue.**

Anna piam sobolem nec vanos queris in v̄sus.

Sed colat ut sancta posteritate deum.

**Aue.**

Anna tibi etherea celer astans nūcius aula

Saude ait en sobolem mater habebis ouās

**Aue.**

Anna ferēs sobolem tanta virtute beatam

Ut cū virgineo mater honore micet.

**Aue.**

Anna ferēs gnata cuius quē nō capit orbis

Ipse libens subeat viscera castra deus.

**Aue.**

Anna tuo tandē surget de sanguine sanguis.

Qui susus miseris spem ferat vsqz reis.

**Aue.**

Anna tuū decuit tanta expectatio partū.

Haud facile est matrem matris habere dei.

**Aue.**

Anna tue sobolis laudes sup astra volabūt

Te quoqz felicem secula cūcta ferent

**Aue.**

**Pater noster. Aue dei.**

Anna mali puram tu concepisse marīam

Crederis. et sanctā mox habuisse deo

**Aue.**

Anna aluo gestas quā signauere figure

Venturam. sancti quā cecinere patres

**Aue.**

Anna geris clausam paradysum. arbore vite

Felicem. et cuncto ruris honore sacram.

**Aue.**

e ij



**A**nna grauis gestas ortum quē flāmeus ensis  
 Custodit cherubin nocte dieq; calens. Aue.  
**A**nna geris florem qui candida lilia vincat,  
 Et violas humiles coccineamq; rosam. Aue.  
**A**nna moysaica in te deprehenditur archa  
 Etherei panis aurea et vrna iacet. Aue.  
**A**nna geris sponsam veri salomonis. et omni  
 Gemma exornatā intus et extra domū. Aue.  
**A**nna geris templū cuius penetralia dulces  
 Impleuere soni. musica et omnis ouans. Aue.  
**A**nna geris velum pulchra sub imagine. patrū  
 In se gesta tenens. quod tegat alta dei. Aue.  
**A**nna geris sobolem cuius phebī aurea vestit  
 Flāma caput. nubes candida luna pedes. Aue.  
**P**ater noster. Aue dei.  
**A**nna exoptate compos tam facta marie  
 Pectore vix toto gaudia obozta capis. Aue.  
**A**nna recens nate plauserūt cuncta marie  
 Sidera. et insolitū fluxit ab axe iubar. Aue.  
**A**nna tui fetus natalem credere fas est  
 Te circū angelicos concelebrasse choros. Aue.  
**A**nna tuū partum manes sensere profundi.  
 Lux noua tūc stygios terruit ipa lacus. Aue.  
**A**nna parens dubitas manibus cōtingere gnatā.  
 Sole magis rutilam luminibusq; poli. Aue.  
**A**nna quid etheream metuis tractare puellam?  
 Arridet matri. tristia nulla facit. Aue.  
**A**nna capeffe animos en lactea ad ybera tendit  
 Gnata. manus teneras et tua colla petit Aue.  
**A**nna moras rūpis. māmās et pectora nudās  
 Excipis in tenero mēbra tenella sinu. Aue.  
**A**nna foues gnatam. dulcesq; a pectore succos  
 Ore trahit roseo murmura grata sonās Aue.  
**A**nna feret quātos si scires gnata dolores  
 Quotq; ferat mortes. tu modo nulla fores. Aue.  
**P**ater noster. Aue dei.

**A**nna tibi est cordi gnatam exornare probatis  
 Horibus. et summo composuisse deo **Aue**  
**A**nna paras cello gnatam importare delubro  
 Sponte sed ad superū ptigit alma gradū. **Aue.**  
**A**nna citam lento sequeris gressu atq; labore.  
 Solatur fessam promptula virgo matrem. **Aue.**  
**A**nna quid in tenera miraris virgine robur?  
 Non humana vides. sed pia signa dei. **Aue.**  
**A**nna soles inopi et sacris dare munera templis  
 Hūc das quo mulier plus nihil vlla dedit. **Aue.**  
**A**nna vbi sacratā voluisti degere gnatam  
 Claustra libens subiit virgineamq; domū. **Aue.**  
**A**nna piam misura: genas et lumina fletu  
 Conficis. immotā te tenet altus amor. **Aue.**  
**A**nna domū repetas. gnatam dimitte tonanti  
 Nil nisi venturū cogitet illa iesum. **Aue.**  
**A**nna p ethereos volitet tua nata recessus.  
 Occupet hāc summo culmine missus amor. **Aue.**  
**A**nna duas satis est tibi deseruire maras  
 De quoq; nō modica te pietate colent. **Aue.**  
**P**ater noster **Aue** dei.  
**A**nna tuo fletu docta es succurrere flenti.  
 Hinc miserū votis tu quoq; prompta fauces. **Aue.**  
**A**nna soles ratas nature vertere leges  
 Sicq; voles. sterilis sit modo leta parens **Aue.**  
**A**nna etiā fluxe fortune munera sistis.  
 Ne fugiant nostros lapsa repente sinus. **Aue.**  
**A**nna fugas dedecus. das pulchre munera fame.  
 Tu luctus releuas. et tibi cedit amor. **Aue.**  
**A**nna iuuas seu quē terret vis hostica. seu quem  
 Carceris obscuri vincula seua tenent. **Aue.**  
**A**nna leuamen ades fidum mortalibus egris  
 Te duce languenti pdita vita redit. **Aue.**  
**A**nna parens tumido te inclamat nauita fluctu.  
 Si iacent laceram flatus et vnda ratem. **Aue.**  
**A**nna parens nigro es semp metuenda tyrāno  
 e iij

Ut glacies ignem te fugit ille nocens. **Aue.**  
Anna abs te nequeant mortalia pectora frustra **Aue.**  
Poscere. quodq; voles gnata deusq; volet **Aue.**  
Anna igitur meritis et tanta prole beata. **Aue.**  
Anna parens nostras respice magna pces **Aue.**

**O**ratio post rosariū dicenda.

**O**mnipotens ac piissime deus. q̄ beatā annā in  
genitricis filij tui matrē eligere dignatus es: cōn-  
cede propicius: ut q̄ memoriā eius fideli deuocōne p̄colim⁹:  
eius meritis et p̄abus eterne vite suffragia cōsequamur.  
Per eundē dñm nostrū.

**E**xPLICIT rosariū iudoci belsfellij vtriusq; iuris p̄fess⁹  
foris patricij aquensis. ad r. p. dñm ioannem tritemiū  
abbatem spanhemensem ordinis sancti benedicti.  
Ex aquisgrani tercio idus aprilis. Anno. **M**ccccxliij.

**A**de wernheri themaren<sup>s</sup> Carmen de sanctissima  
anna. Ad r. p. dñm ioannē tritemiū abbatem.

**I**n laudes anie pangimus indyete.  
Tordis plectra iesu chare nepos moue  
Nec tu nata canenti.

**D**esis casta parens choro:

**R**egum progenies anna viro datur  
Infecunda diu se sterilem genit.

**P**rolem flendo precatur  
Nec frustra lachryme fluūt.

**P**romittūt sobolem nūcia celica  
Pregnans iūcta viro. deinde puerpera  
Nata prole probatur

**P**er quā nostra venit salus.

**I**esse sic viruit stirps venerabilis  
Exit virga ferax germine fertili.

**C**uius floze refecti  
Victa morte reuiuimus.

**C** Hoc partu ioachim sistere delubris  
Fit dignus. remouens pontificis probra  
**S**ic nos anna nepoti  
**P**uros ferre preces para.  
**C** Comendes puero que pia castitas  
**N**ate parturit. nos prece poscimus  
**D** matrona beata.  
**C**hristus nil tibi denegat.  
**C**hristo qui focus. cum patre flammis  
**R**egnat gloria sit secula per omnia  
**Q**uem dent conciliatum  
**R**obis o anna tue preces. Amen

**C**anitur autem iste hymnus sub nota illius que in natiuitate sancte marie a multis frequentatur ecclesijs. et incipit **S**aude viscibus mater in utero. etc. Ex castro beidelbergensi. iij. kalendas februarij. **D**ccccxiiij.

**I**oannis herst luterburgensis carmen seu hymnus  
**D**e sancta anna. Ad r. p. domini ioanne trutemiu abbatem.

**C** Saude que miseris anna refugium  
**D**ramus. canimus. carmina promimus  
**I**n festo pia sis germine cum tuo  
**L**audes nunc tibi dicimus  
**C** Saude terra nitens gramine fertilis  
**E**t depluta madens rore deifico  
**E**x qua nata fuit purior ethere  
**V**irgo criminis inscia.  
**C** Saude que fueras semine regio  
**J**am concepta viro dedita duxeras  
**R**elebs coniugium prole carens diu  
**V**oto facta puerpera.  
**C** Saude que opprobrio pontificis rubit  
**E**s confusa. deum fletibus inuocas  
**E**xaudita virum suscipis obuium  
**P**orta dicta sub aurea.

**G**audere que iochim leta tibi obuium  
Amplexata virū doctaq; numine  
Celesti. genitrix sicq; iesu tuo  
Conceptratur in aliuulo.  
**G**audere simplicitas angelico sagax  
Que laudata choro. et lecta trisarie  
Templo diuidis et pauperibus bona  
Et partem famulis tuis.  
**G**audere plebs celebrat festa fidelium.  
Ut patrona sibi. et cū patre spiritū  
Et christū genitū tuq; rogatibus  
Reddas anna propiciū. Amen.

**H**ymnus iste melodiā illius recipit qui de ascensione  
dñi canit. scz Festū nūc celebre rcs. Et illius de martyris  
bus Sanctoz meritis indyta rcs. Ex heidelberga tera  
cio nonas februarias. Anno. Dcccxciiij.

**R**utgeri venrai Canonici regularis in heyna.  
Wormaceni dioc; Carmen elegiacū de scā anna.

Splendoris patrij. cādoris lucis inacte  
Uirginee matris splendida mater aue  
Tu diuam dño genuisti sancta puellam  
Ex qua lux mundi prodijt alma iesus.  
Tu nate genitū cōstanter fare nepotem  
Quāuis ipse polos fecerit atq; solum  
Carne nepos tuus ipse iesus. sūmā deitatē  
Cōiunxit carni. nam deus est et homo  
Ergo licet sp fuerit iesus attamen optat  
Dignaturq; nepos dicier esse tuus  
Talē ne dubites p̄cibus pulsare nepotē  
Anna rogam⁹ que cūcta rogata feres  
Ad primas faciles si nō inflexerit aures  
Ad gnatā cicius anna recurre tuā.  
Ubera demonstrat nato tua filia christo  
Protinus optatū deferet alma parēs.

Si multū fuerit oratu difficilis res  
Cū genitrice sua filia poscat opem.  
Firma fides mea nec dubito quin,ptinus ambas  
Orantes dñs audiet aure pia.  
Quare cōtinuis fratres oratibus anne  
Maricq; simul poscere oportet opem  
Constat si matrē dñi genitricis honores  
Q titulos matris virginis ipse colas  
Rursus si matrē dñi venerare, liquefcit  
Q dño laudes in genitrice pares.  
Sit nate gnato laus fctus et decus anne  
Et summo patri spirituiq; sacro. Amen.

**C**armen sapficū ioannis tritemij abbatis  
spanhemensis in die sancte anne.

**F**esta sacrate celebremus anne  
Matris excelsę. meritis opime.  
Que dei patris geniti parentem

**E**didit orbi.

**C**uius a nobis venerāda semp  
Virta laudatur merito beata.  
Dote signoz, miseris leuamen

**M**entibus augēs.

**L**anguidos sanat. mala cūcta purgat  
Corda mestozū iubilo serenat  
Apta componit. regit et gubernat

**A**spera planat.

**P**repotens summi residens in aula  
Regis. abstergit maculas precatu  
Gratiam confert. animas fideles

**D**ucit in astra.

**H**ic frequentantes tua festa fratres  
Vota promentes. bona te precantes.  
Adiuua serua. refoue. governa.

**I**nclyta mater.

**S**it decus virtus supero tonanti  
Qui deus simplex pariterq; trinus  
Glorie magne tribuit coronam

**I**ugiter anne. Amen.

**H**ymnus iste sapphicus canit sub melodia. Ut queat  
laris. Vita sanctorum. Virginis proles. Quod chorus va-  
tum. Iste confessor. Et similiu qui sapphica sunt tantu.  
Ex spanhem Nonis iulias Anno dñi. Dcccxciiij.

**J**oannis tritemij abbatis spanhemensis Caro  
men elegiacum de sancta matre anna.

Premia quanta suis referat cultoribus anna  
Nemo capit mente nec valet ore loqui  
Aspera pellit. veniam impetrat. auget honoris  
Ornamenta suis. et facit esse polo  
Cōtra multa nimis comitatur acerba parētis  
Anne spretores. prospice praeue tibi  
Protent elatos. deponit honore potentes  
Et sunt ut magna scandala sepe ferant  
Hoc patet et fixū manet. anna colentib; offert  
Leta. sed infensis tristia plura refert.  
Ergo viri moneo tante seruire patrone  
Femineusq; chorus assit amore simul.  
Cōstat et exemplis liquido qđ scribim?. aures  
Concipiant patule qđ pia corda iuuat.  
Ex spanhem. xvi. kalendas augusti. Dcccxciiij.

**C**armen sapphicū rutgeri sicambri. pro  
hymno in laudem sancte anne.

Pangimus laudes veneranda tuas  
Anna. laudantū modulis faueto  
Impetrans cūctis veniam. salutis

**P**remia donans.

Tu parens christi genitricis anna

Ethereis summa renitens in arce  
Optines quicquid genitū p̄caris

**C**unctipotentis.

**R**anguidos sanas. maculosa tergis.<sup>1</sup>

**C**ompotes voti famulos fideles

**E**fficis. tandem tribuis supernū

**S**candere regnum.

**D**oribus summū dominū probatis

**A**nna flexisti. precibusq; multis

**U**t daret tante fieri parentem.

**P**rolis in orbe.

**S**it patri summo. genito superno

**P**neumati sacro decus et potestas

**C**laritas virtus pietas vigorq;

**O**mne p̄ eum.

**E**iisdem aliud.

**V**irginis matris genitricis anne

**S**edulas laudes resonemus om̄es

**V**iribus totis. animi medullis

**V**oce sonora.

**I**lla profudit generi misello

**L**abe sordenti genitricis eue

**N**obilem prolem radiās iubar que

**E**didit orbi.

**L**umen hoc mūdi tenebras nigrātis

**E**xpulit. cūctos radians superna

**L**uce. ceu sanctus resonat ioannes

**C**odice sacro.

**A**nna diuine genitrix puelle

**L**uius appellas genitū nepotem

**C**arne dūtata. populum precantē

**S**pernere noli.

**V**irgo pro nobis rogitantis anne

**P**atris intente precibus faueto

**T**u nepos iesu facilis precatum

**E**ius adimple.



**F**ilio nate genitricis anne  
Cum deo summo decus et potestas  
Pneumati compar sit honor beato  
Tempus in omne.

**C**armen eiusdem aliud iambicū dimetrū qđ  
canit̃ sub melodia hymnoz ambrosij.

**A**nne colamus cernui  
Festum beate, debitas  
Grates canentes vocibus  
Et intimis precordijs.  
**H**ec mater alme virginis  
Que protulit mūdi iubar.  
Hec que deo virtutibus  
Se reddidit gratissimā.  
**N**oxas repellit, gratiā  
Confert suis precatibus.  
Morbos leuat teterrimos  
Tam corporis q̃ spiritus.  
**H**uius in laudes rex post  
Tibi sonoris cantibus  
Nato simulq; flamini  
Depromimus laudes pias. Amen.

**C**armen alcinanicū eiusdem qđ canitur sub  
melodia Cruc̃ fidelis, vel Pange lingua.

**H**ec caterua voce votis  
Et pijs precordijs  
Festa gliscit anna mater  
Tam preclara promere  
Votis adsis depreca mur  
Temet collaudantibus.  
**Tu** parens matris marie  
Tu deo gratissima

Legis orla cōseruasti  
Quam moyses patribus  
Quondam contulit vetustis  
Hebreisq; plebibus  
¶ Dona mira. gratiosa  
Impetrans fidelibus  
Deprecatu complacente  
Alti patris filio  
Egros sanas. et pudic a  
Prestas esse pectora.  
¶ Te pater rogamus atq;  
Filium cū flamine  
Ut des gaudiosa nobis  
Laudes concinentibus  
Inclytas predulcis anne  
Patris alme virginis.  
Amen.


¶ Carmen Rutgeri vernal germani canonici regu-  
laris heynens in librū de laudibus sancte anne.


Quisquis eris lector prestantis codicis huius  
Pone metū vanum. frivola nulla tenet.  
Hunc miro gaudū sensu. dulcemq; lepore  
Abbas tritemius edidit arte sua.  
Libris inuigilans. custos spanhemensis oullis  
Qui triplicis lingue scripta sacrata colit  
Dic titulos anne plenos rationis et arte  
Inuenies. tantū pectore volue pio.  
Non sequitur vanas passim dubiasq; fabellas  
Eloquij sacri clara fluenta docet.  
Ergo precor laudes dignas venerabilis anne  
Quas tibi vir doctus prompsit amando lege.


Impressum in nobili ciuitate Maguntina p Petri  
Friedbergensem Anno virginiei partus. Dcccxciiij.  
xij. kalendas Augusti.











TRIE  
DE  
SACERDO  
TIO  
DE  
S. ANNA  
I. V. D.  
DE

TRIE  
A. S. S. C. R.  
DE  
MISERIA  
VIRG. H. V. M.  
DE  
R. V. I. D. A. N. O.  
N. A. S. T.

J. X.